PAVLI GNALDII TIFERNATIS

GRAMMATICA, ET METRICA INSTITVTIO.

In qua ſuperuacuis reſecatis, traduntur omnia ab initio ad finem vſque magis neceſſaria: Nouo, breui, ac facili ordine digeſta.

Nunc primum in lucem edita, Auctore ipſo corrigente.



SVPERIORVM PERMISSV.

ROMAE, Apud Franciſcum Zannettum.
M. D. XCI.

BENIGNO LECTORI.



VM iam permulti vel nimia artis difficultate ab ipsa disciplinarũ ianua statim diffisi recederent, vel studij grauioris tẽpus amittentes in scholis senescerent; communis me vtilitas iamdiu impulit, vt pro viribus elaborarem, ac docendo experirer, quonam pacto res vniuersa in ordinem breuiorem, facilioremq; reduci valeret. Quod cum mihi viderer aliqua ex parte assecutus, tandem constitui eum discendi modum in lucem edere, qui cum alijs grammaticis collatus ita consentiret, vt nec discenti arduus, nec docenti molestus videri posset. In quo ea mihi breuitas probata est, cui ferè nil deficeret, nihil redundaret: vix enim scio, vtrũ magis quandoque obsit, persequi ne superuacanea, an omittere necessaria. liberum tamen erit prudenti doctori quædam pro discentium captu addere, diminuere, vel etiã immutare. Illud certe affirmare possum his primis rudimentis in exiguam tabulam redactis non paucos vno, aut altero mense tantum profecisse, quantum vno, aut altero an-

no vix plerique solent. Nec propterea velim de ceterorum artis scriptorũ laudibus quidquam detractum: immo ingenuè fateor, me à doctissimis quibusque accepisse permulta: quandoquidem, vt Comicus ait, Nullum est iam dictum, quod non dictum sit prius. Quare, benignissime lector, vnico, paruoque libello habes vniuersam ab initio ad finem vsq; grammatices, ac metrices institutionẽ. Vtere igitur, ac fruere: & si quid erratũ erit, humanæ id tribuens fragilitati, humaniter corrigas, ac saltem conatum ipsum æqui boniq; consulas. Sin autem quid vtilitatis hinc perceperis, id omne Deo Optimo Maximo acceptum referas; quem etiam, si libuerit, pro perpetua auctoris salute deprecari non grauaberis. Vale Romæ, xiij. cal. Septembris M. D. XC.

PAVLI GNALDII GRAMMATICA INSTITVTIO.



Rammatica est rectè loquendi, atque scribendi scientia: quæ ratione, auctoritate, vsuq; præcipuè constat: cuius opus est oratio congrua. Huius autem partes ad summũ sunt octo: Quatuor declinabiles, Nomen, pronomen, participiũ, atque verbum; quia finem plerunque variant; Nomen, & pronomen significant res: verbum, & participium rerũ actiones: Quatuor verò indeclinabiles, Præpositio, aduerbiũ, interiectio, & coniunctio; quia nunquã variantur: Sed his in præsenti omissis, necesse in primis est variabilium declinationem percallere; quæ commodè ad duo capita redigentur; si altero nomen, pronomen, & participium simul; altero solum verbum cõplectamur: Quare moti fortasse nõnulli, duas tantũ posuerunt orationis partes, nomen, & verbum, tanquam principales. Nomen est pars orationis declinabilis, quæ significat substantiam, vel qualitatem, propriam, vel communem cum casu, & sine tempore. Verbũ est pars orationis declinabilis, quæ agere, vel pati significat cum tempore, & sine casu.

DE NOMINE.

QVò autem prius caput rectè declinemus, redigantur omnia ferè nomina ad classes, vel declinatio-

nes quinque, genitiuo casu dignoscendas: qui si desinat in æ diphthongum, erit primæ: in i, secundæ: in is, tertiæ: in us, vel in u, quartæ: in, ei, duas syllabas, quintæ. Cognoscantur deinceps duo numeri, singularis, & pluralis. Tertio sex casus in vtroque numero, nominatiuus, genitiuus, datiuus, accusatiuus, vocatiuus, & ablatiuus. Quarto genera quinque: hic, masculinum: hæc fœmininum: hoc neutrum: hic & hæc, cōmune: hic & hæc & hoc omne. In adiectiuis sine his articulis; prima vox est generis masculini: secunda, fœminini: tertia, neutri: vt bonus, bona, bonum: quod si in aliquo casu vnica vox fuerit, est generis omnis, vt bonis, cuius, &c. Quinto tres personæ: prima, vt ego: secunda, vt tu: tertia, vt cetera omnia. Et hæc quinque satis est rudibus cognoscere in hoc priori capite, tam ad declinationem, quàm ad concordantias. Præterea animaduertatur conuenientia, & differentia singulorum casuum, necnon similis desinentia omnium ferè nominum, pronominum, & participiorum casibus penè singulis: ex quibus vocatiui vtriusque numeri sunt semper similes suis nominatiuis: præterquam in secunda declinatione nomina in us, faciunt vocatiuum in e, vt dominus, ò domine: & propria in ius, quæ exeunt in i, vt Fabius, ò Fabi, cum his duobus appellatiuis filius, & genius, ò fili, ò geni. Excipiuntur etiam quædam secundum formam Græcam, vt Aeneas, ò Aenea, &c. Neutra verò in vtroque numero habent tres casus similes, nominatiuum, accusatiuum, & vocatiuum: qui in plurali faciunt in a, præter duo, & ambo. Discātur etiam cuiuslibet casus etruscæ linguæ articuli, qui sunt duorum tantum generum vt il, vel lo masculini, & la, fœminini. Demum adiectiua nomina substantiuis copulata declinare pueri vtiliter assuescent.

Prima

Prima Declinatio.

Numero singulari.	Numero plurali.
S. Nominatiuo hæc Musa	P. Nom. Musæ
Genitiuo musæ	Gen. musarum
Datiuo musæ	Dat. musis
Accusatiuo musam	Acc. musas
Vocatiuo ò musa	Voc. ò musæ
Ablatiuo à musa	Abl. à musis.

Ita, hic Poeta, agricola, nauta, scriba, hæc fabula, regina, pecunia, drachma. hic & hæc Aduena, alienigena, christicola.

Musa iucunda, fabula ficta. poeta ingeniosus, christicola pius vel pia, Aduena vagus vel vaga, ferula minax, Agricula durus & solers, nauta vigilans, & timidus.

Secunda Declinatio.

S. Nom. hic Dominus	P. Nom. Domini
Gen. domini	Gen. dominorum
Dat. domino	Dat. dominis
Acc. dominum	Acc. dominos
Voc. ò domine	Voc. ò domini
Abl. à domino	Abl. à dominis.

Ita hic Discipulus, Virgilius, vir, liber. hæc laurus, pyrus, humus, ficus.

S. Nom. hoc Donum	P. Nom. Dona
Gen. doni	Gen. donorum
Dat. dono	Dat. donis
Acc. donum	Acc. dona
Voc. ò donum	Voc. ò dona
Abl. à dono	Abl à donis.

Ita hoc officium, templum, conopæum, & hæc Glycerium, &c.

Dominus iuſtus, vir bonus, laurus frondoſa, Templum ſanctiſſimum, vir prudens, ingenium tardũ & tenax, animus æquus & fortior.

Tertia Declinatio.

S.Nom.hic Pater	P.Nom. Patres
Gen.patris	Gen.patrum
Dat.patri	Dat.patribus
Acc.patrem	Acc.patres
Voc.ò pater	Voc.ò patres
Abl.à patre	Abl.à patribus

Ita hic honor, ſermo, flos, ſenex, miles. hæc Mulier, genitrix, virtus, ſoror. hic & hæc homo, vates, parens, diues.

S.Nom.hoc Tempus	P.Nom.Tempora
Gen.temporis	Gen.temporum
Dat.tempori	Dat.temporibus
Acc.tempus	Acc. tempora
Voc. ò tempus	Voc.ò tempora
Abl.à tempore	Abl.à temporibus.

Pater benignus, mulier honeſta, ſermo elegãs, miles fortis, tempus opportunum, nomen celebre, parens venerandus vel ueneranda, iter breuiſſimum ac difficile.

Quarta Declinatio.

S.Nom.hic Fructus	Pl.Nom.Fructus
Gen. fructus	Gen.fructuum
Dat.fructui	Dat.fructibus
Acc.fructum	Acc.fructus
Voc.ò fructus	Voc.ò fructus
Abl.à fructu	Abl.à fructibus.

Ita hic viſus, ſenſus, ſumptus, arcus, &c. hæc manus, ſocrus, anus, domus: ſed dicitur Gen. domus uel

domi, Abl. à domo, Pl. Gen. domorum uel domuum, Acc. domus uel domos.

S.Nom.hoc Genu	P.Nom.Genua
Gen.genu	Gen,genuum
Dat.genu.	Dat.genibus
Acc.genu	Acc.genua
Voc.ò genu	Voc. ò genua
Abl.à genu	Abl.à genibus.

Ita cornu, gelu, veru, tonitru, &c.

Sensus acerrimus, manus longa, fructus dulcis, sumptus intollerabilis, arcus tensus, genu flexum, domus ampla & angustior, socrus impatiens & molesta.

Quinta Declinatio.

S.Nom. hæc Species	P.Nom.Species
Gen.speciei	Gen.specierum
Dat.speciei	Dat.speciebus
Acc.speciem	Acc. species
Voc. ò species	Voc.ò species
Abl.à specie	Abl.à speciebus.

Ita hæc res, fides, pernicies, facies. hic meridies tantum, & hic vel hæc dies tantum.

Species digna, res vtilis, fides constans, meridies æstuosus, dies longus uel longa, facies decora & insignis, pernicies grauis & tremenda.

Adiectiua primæ & secundæ Declinationis.

S.Nom. Bonus	a	um	P.Nom.Boni	æ	a
Gen.boni	æ	i	Gen. bonorũ,	arũ,	orum
Dat. bono	æ	o	Dat. bonis		
Acc.bonum	am	um	Acc.bonos	as	a
Voc.ò bone	a	um	Voc.ò boni	æ	a
Abl. à bono	a	o	Abl. à bonis.		

Ita

Ita malus,a,um,creber,bra,brum,aſper,a, rum. Itẽ pronomina meus,tuus,ſuus,noſter,veſter, & participia in tus, rus, & dus.

Excipe Adiectiua,quæ habent genitiuum in ius,& datiuum in i, vt Alter, ra, rum, Gen. Alterius, Dat Alteri, ſic etiam vter, neuter, alius,vnus, vllus,nullus,ſolus,& totus,cum his pronominibus, hic, is, ipſe, iſte, & qui.

Item excipe in plurali tantum.

Nom. Duo,æ,o. Gen.duorũ,arum,orum. Dat.duobus,abus,obus. Acc.duos,as, o. Voc.ò duo, æ,o. Abl.à duobus,abus,obus, & ſic Ambo,bæ,bo.

Adiectiua Tertiæ Declinationis.

S. Nom.hic,& hæc & hoc Felix	P. Nom. Felices & felicia
Gen.felicis	Gen.felicium
Dat.felici	Dat.felicibus
Acc.felicem,& felix	Acc.felices, & a
Voc.ò felix	Voc.ò felices, & a
Abl.à felice,vel felici	Abl.à felicibus.

Ita audax, præcox, fallax, impar, expers, Tifernas. Item pronomina Noſtras, & veſtras: & participia in ns, vt amans, & legens, &c.

S. Nom. hic & hæc fortis, & hoc forte	P. Nom. fortes & fortia
Gen.fortis	Gen.fortium
Dat.forti	Dat.fortibus
Acc.fortem,& forte	Acc.fortes,& a.
Voc.ò fortis & forte	Voc. ò fortes, & a.
Abl. à forti	Abl. à fortibus.

Ita omnis,facilis,dulcis,ſimilis. Item Acer,acris, & acre, & ſic celer,celeber, ſaluber. quæ in alijs ca-

ſibus faciunt, vt ſi eſſent duarum vocum.

S.Nom. hic & hæc doctior & hoc doctius	P. Nom. doctiores, & doctiora
Gen. doctioris	Gen. doctiorum
Dat. doctiori	Dat. doctioribus
Acc. doctiorē, & doctius	Acc. doctiores, & ra
Voc. ò doctior, & doctius	Voc. ò doctiores, & ra
Abl. à doctiore, vel ori	Abl. à doctioribus.

Ita reliqua nomina Comparatiua, vt fortior & fortius. Dignior & dignius, honeſtior & honeſtius, Melior, peior, &c.

De Pronominum Declinatione.

S.Nom. Ego	P. Nom. Nos
Gen. mei	Gen. noſtrum vel noſtri
Dat. mihi	Dat. nobis
Acc. me	Acc. nos
Abl. à me	Abl. à nobis.
S.Nom. Tu	P.Nom. Vos
Gen. tui	Gen. veſtrum vel veſtri
Dat. tibi	Dat. Vobis
Acc. te	Acc. vos
Voc. ò tu	Voc. ò vos
Abl. à te	Abl. à vobis.
S.Gen. Sui	P.Gen. Sui
Dat. ſibi	Dat. ſibi
Acc. ſe	Acc. ſe
Abl. à ſe	Abl. à ſe.
S.Nom. hic hæc hoc	P.Nom. hi hæ hæc
Gen. huius	Gen. horum harū horū
Dat. huic	Dat. his
Acc. hunc hanc hoc	Acc. hos has hæc
Abl. ab hoc hac hoc	Abl. ab his.

S.Nom.

S.Nom.Quis vel qui,quę, quod vel quid	P.Nom. Qui quæ quæ
Gen.cuius	Gen.quorũ quarũ quorũ
Dat.cui	Dat.quibus vel queis
Acc.quẽ quã quod vel q̃d	Acc.quos quas quæ
Abl. à quo,qua,quo vel qui	Abl.à quibus vel queis

Quis & quid non ponuntur relatiuè,ſed interrogatiue, vel infinitè.

DE VERBO.

OMne verbum, quod ad declinationem pertinet,deſinit in o, aut or, præter ſum cum compoſitis, & defectiua,memini,odi,noui,cœpi,inquam, ſalue &c. Item pluit, ningit,tonat, & cetera exemptæ actionis: quorum ſuppoſitum cum ferè ſemper intelligatur Deus, vel natura, tertias tantum perſonas ſingularis numeri ſolẽt habere: quod ferè dici poteſt etiam de imperſonalibus appellatis, quæ loco nominatiui vel habent infinitum, uel aggregatum, tamquàm tertiam perſonam ſingularis numeri: vel ponuntur abſolutè.

Verborum genera ſunt quatuor, Actiuum,paſſiuũ, neutrum,& deponens; ad quod commune commodè referetur.

Item omnia verba rediguntur ad quatuor capita, quæ quatuor coniugationes nuncupantur, & ex fine ſecundæ perſonæ ſingularis præſentis indicatiui actiuæ, ac paſſiuæ, necnon ex prima voce infinitiui facilè cognoſcentur: ſi enim habet, as,

aris, & are, erit primæ, vt amo amas, amor aris, & Infinitiuo amare: si es, eris, & ere longum, secundæ, vt doceo, doces, doceor, eris, & docere: si is, eris, & ere breue, tertiæ: vt lego, gis, legor, eris, & legere: si is, iris, & ire, quartæ, vt audio, dis, audior, iris, & audire.

Fontes autem, ex quibus omnes verbi voces emanant, sunt tres, præsens; præteritum perfectum, & supinum. Ex secunda enim voce præsentis indicatiui quodlibet tempus præsens, imperfectũ, futurumque formatur, mutata s, in bam, bo, to, rem, &c. sed verba tertiæ coniugationis mutant etiam i, in e, vt legis, legebam, præterquam in futuro imperatiui. Verba in io, mutant s, in e, in primo imperfecto tantum, vt facis, faciebam, audiebam, &c. In imperatiuo autem secunda præsentis fit a secũda indicatiui amota s, tertia præsentis tam singularis, quàm pluralis; Item primę pluralis tam præsentis, quàm futuri sunt semper similes ijsdẽ præsentis subiunctiui: secunda præsens pluralis fit à secũda plurali præsentis indicatiui, mutata tis, in te, vt amatis amare, secunda & tertia singularis futuri semper desinunt in to, vt amato: his secunda pluralis addit, te, vt amatote. Tertia pluralis fit à tertia plurali præsentis indicatiui addita o, vt amant, amanto.

A præterito perfecto formantur quinque tempora: tria mutata i, in e, & addita ram, rim, ro, vt legi, legeram, legerim, legero: duo addita, ssem, vt legissem, legisse.

A supino formatur futurum infiniti actiui, & passiui, & omnia præterita perfecta, plusquam perfe-

cta, & futurum subiunctiui passiuorum.

Primæ igitur personæ singulares verborum actiuæ vocis in o, gradatim desinunt ita, in o, bam, i, ram, bo vel am, a vel e vel i, to: em vel am, rem, rim, ssem, ro: re, sse, rum esse. Secundæ plerunque in s. Tertiæ in t. Primæ plurales in mus. Secundæ in tis. Tertiæ in nt.

Præter quatuor coniugationes animaduertãtur deinde quatuor modi, Indicatiuus, vt amo: Imperatiuus, vt ama: Subiunctiuus, vt amem: Infinitiuus, vt amare: Optatiuus autem breuitatis causa potest in subiunctiuo comprehendi, cum sint eædem penitus voces. Tertiò quinque tempora, præsens, præteritum imperfectum, perfectum, plusquam perfectum, & futurum. Quartò duo numeri, singularis, vt amo, pluralis, vt amamus. Quintò tres personæ in vtroque numero: prima, ut amo: secunda, ut amas: tertia, vt amat. & ita in plurali, prout sunt voces uerbi. Et hæc de verbo in præsentia scire sufficiat.

Verborum in o, Coniugatio prima.

Modus indicatiuus.

	Numero singulari,			Numero plurali.		
	Ego	tu		nos	vos	
Tẽp. præs.	Amo	as	at	Pl. amus,	atis	ant.
Imperfec.	Amabam	as	at	Pl. amus,	atis	ant.
Perfecto	Amaui	isti	it	Pl. imus	istis,	erũt (vel ere.
Plusq. perf.	Amaueram	as	at	Pl. amus	atis	ant.
Futuro	Amabo	is	it	Pl. imus	itis	unt.

Imperatiuus.

Præſenti	Ama tu	et		Pl. emus	ate	ent.
Futuro	Amato,	ato		Pl. emus	atote	anto.

Subiunctiuus, & Optatiuus ſimul.

Præſenti	Amem	es	et	Pl. emus	etis	ent.
Imperfect.	Amarem,	es	et	Pl. emus	etis	ent.
Perfecto	Amauerim	is	it	Pl. imus	itis	int.
Pluſq.perf.	Amauiſſem	es	et	Pl. emus	etis	ent.
Futuro	Amauero	is	it	Pl. imus	itis	int.

Infinitiuus.

Præſen.& imperfec.	Amare.
Perf.& pluſq.perfec.	Amauiſſe.
Futuro.	Amaturum eſſe, vel fuiſſe.

Coniugatio ſecunda, Modus Indicatiuus.

Tẽp.præſ.S.	Doceo	es	et	Pl. emus	etis	ent.
Præt.imp.	Docebam	as	at	Pl. amus	atis	ant.
Præt.perf.	Docui	iſti	it	Pl. imus	iſtis	erũt (vel ere.
Pr.pluſq.p.	Docueram	as	at	Pl. amus	atis	ant.
Futuro	Docebo	is	it	Pl. imus	itis	unt.

Imperatiuus.

Tẽp.præſ.	Doce tu,	eat	Pl. eamus,	ete,	eant.
Futuro.	Doceto	eto	Pl. eamus	etote	ento.

Subiunctiuus.

Tẽp.præſ.	Doceam	as	at	Pl. amus	atis	ant.
Præt.imp.	Docerem	es	et	Pl. emus	etis	ent.
Præt.perf.	Docuerim	is	it	Pl. imus	itis	int.
Pr.pluſq.p.	Docuiſſem	es	et	Pl. emus	etis	ent.
Futuro	Docuero	is	it	Pl. imus	itis	int.

Infi-

Infinitiuus.

Tēp.præſ.& præt.imperf.	docere
Præt.perf.& pluſq.perf.	docuiſſe
Futuro	doctur ū eſſe,vel fuiſſe.

Coniugatio tertia, modus Indicatiuus.

Tēp.præſ.	Lego	is	it	Pl. imus	itis	unt.
Præt.imp.	legebam	as	at	Pl. amus	atis	ant.
Præt.perf.	legi	iſti	it	Pl. imus	iſtis	erūt (vel ere.
P.pluſq.pf.	legeram	as	at	Pl. amus	atis	ant.
Futuro	legam	es	et	Pl. emus	etis	ent.

Imperatiuus.

Tēp.præſ.	lege tu	at	Pl. amus	ite	ant.
Futuro	legito	ito	Pl. amus	itote	ūto.

Subiūnctiuus.

Tēp.præſ.	legam	as	at	Pl. amus	atis	ant.
Præt. imp.	legerem	es	et	Pl. emus	etis	ent.
Præt.perf.	legerim	is	it	Pl. imus	itis	int.
P.pluſe.pf.	legiſſem	es	et	Pl. emus	etis	ent.
Futuro	legero	is	it	Pl. imus	itis	int.

Infinitiuus.

Tēp.præſ.& præt.imperf.	legere
Præt.perf.& pluſq.perf.	legiſſe
Futuro	lectur ū eſſe, vel fuiſſe.

Coniugatio quarta, modus Indicatiuus.

Tēp.præſ.	Audio	is	it	Pl. imus	itis	iunt
Præt.impf.	Audiebā	as	at	Pl. amus	atis	ant.
Præt perf.	Audiui	iſti	it	Pl. imus	iſtis	erūt, (vel ere
P.pluſq.pf.	Audiuerā	as	at	Pl. amus	atis	ant.
Futuro	Audiam	es	et	Pl. emus	etis	ent.

Impe-

Imperatiuus.

Tēp.præſ.	Audi tu	iat	Pl.iamus ite iant.
Futuro	Audito	ito	Pl.iamus itote iūto

Subiunctiuus.

Tēp.præſ.	Audiam as	at	Pl.amus atis ant.
Præt.imp.	Audirem es	et	Pl.emus etis ent.
Præt.perf.	Audiuerim is	it	Pl.imus itis int.
Pr.pluſq.p.	Audiuiſsē es	et	Pl.emus etis ent.
Futuro	Audiuero is	it	Pl.imus itis int.

Infinitiuus.

Tēp.præſ.& præt.imperf. Audire.
Præt.perf.& pluſq.perfec. Audiuiſſe.
Futuro Auditurū eſſe, vel fuiſſe.

Et ita declinātur verba Actiua, & neutra, quorum præterita cognoſcuntur ex vulgari verbi, hauere; vt etiam in deponentibus.

VOLGARI ATTIVI.

Indicatiuo.

	io tu altro	noi voi altri
Tēp.pr.	Amo,ami,ama.	Pl.amiamo,amate,amano.
Pr.imp.	Amaua, i, a	Pl.amo, ate, ano.

Pr.perf. { Amai & hò amato, aſti & hai amato, amò & hà amato. Pl. Amāmo & hauemo amato, amaſte & hauete amato, amarono & hanno āto.

Pr.pl.pf. haueua amato, ui amato, ua amato. Pl. haueuamo āto, ate āto, ano āto.

Futuro Amerò ai à. Pl. emo ete anno.

Imperatiuo.

Presente. Ama tu, ami altro. Pl. iamo noi, ate voi, amino altri.

Futuro. Amerai tu, amerà. Pl. remo, rete, ranno.

Subiuntiuo.

Presente. Ch'io ami i i Pl. iamo iate ino.

Pr. impf. { Amassi & amerei, assi e resti, asse e rebbe. Pl. Amassimo, & ameremmo, aste e reste, assero e rebbono.

Pr. perf. Habbi amato, bbi amato, bbi amato. Pl. bbiamo amato, ate amato, ino āto.

P. p. perf. { Hauessi & hauerei amato, essi & resti amato, esse & rebbe amato. Pl. Hauessimo & hauerēmo amato, este e reste amato, essero e rebbono āto.

Futuro. { Quando amerò ò hauerò amato, rai ò uerai amato, rà ò uerà amato. Pl. Ameremo ò ueremo amato, rete ò uerete amato, ranno ò ueranno āto.

Pres. e pret. imperf. Amare.

Pret. piu perfetto. Hauer amato.

Futuro. Esser per amare ò hauer da amare.

In Etrusca etiam lingua reperiuntur quatuor coniugationes, quæ ex prima voce infinitiui facile cognoscuntur. Prima enim habet are, vt amare, insegnare: Secūda habet ere penultima longa, vt tenere, sapere: Tertia habet ere penult. breui, vt leggere, chiedere: Quarta habet ire, vt udire, partire. Sed quoniam rarò inter se differunt, præterquam in vocali penultima dictarum vocum infinitiui,

nitiui, quæ retinetur etiã in alijs modis, vt amaua, teneua, leggeua, vdiua; facili negotio præceptoris ex prima rectè percepta, & ex vsu loquendi assiduo intelligentur.

VERBVM SVBSTANTIVVM

Modus Indicatiuus.

Tẽp.præs.	Sum	es	est	Pl. sumus	estis	sunt.
Præt.impf.	Eram	as	at	Pl. amus	atis	ant.
Præt.perf.	Fui	isti	it	Pl. imus	istis	erũt (vel ere.
Pr.plusq.pf.	Fueram	as	at	Pl. amus	atis	ant.
Futuro	Ero	is	it	Pl. imus	itis	unt.

Imperatiuus.

Tẽp.præs.	Sis vel es tu, sit	Pl. simus	este	sint.
Futuro	Esto esto	Pl. simus	estote	sunto.

Subiunctiuus cum Optatiuo.

Tẽp.præs.	Sim	sis	sit	Pl. simus	sitis	sint.
Præt.impf.	Essem	es	et	Pl. emus	etis	ent.
Præt.perf.	Fuerim	is	it	Pl. imus	itis	int.
Pr.pl.perf.	Fuissem	es	et	Pl. emus	etis	ent.
Futuro	Fuero	is	it	Pl. imus	itis	int.

Infinitiuus.

Tẽp.præs.& præt.imp. Esse
Præt.perf.& plusq.pf. Fuisse
Futuro Fore, aut futurum esse, vel (fuisse.

Ita declinabis composita a sum, vt absum, adsum, desum, insum, intersum, obsum, præsum, prosum, subsum, & supersum. Ex quibus prosum

interponit, d, euphoniæ causa; vbi simplex incipit à uocali: ut proderã, prodero, prodessem, &c.

VOLGARI DEL VERBO SOSTANTIVO, e de Passiui.

Modo Indicatiuo.

Tẽp. pres. Sò, sei, è. Pl. Siamo ò semo, siate ò sete, sono.

Pret.impf. Era, eri, era. Pl. erauamo, erauate, erano.

Pret.perf. Fui e son stato, fosti e sei stato, fù & è stato. Pl. Fummo e siamo stati, foste e sete stati, furono e sono stati.

Pr. p. perf. Era stato, eri stato, era stato. Pl. Erauamo stati, erauate stati, erano stati.

Imperatiuo.

Tẽp. pres. Sij tu, sia. Pl. siamo, siate siano.

Futuro Sarai sarà. Pl. saremo sarete, sarãno.

Subiuntiuo.

Tẽp. pres. Ch'io sia, sia, sia. Pl. siamo, siate, siano.

Pret.impf. Fossi e sarei, fossi e saresti, fosse e sarebbe. Pl. Fossimo e saremo, foste e sareste, fossero e sarebbono.

Pret.perf. Sia stato, sia stato, sia stato. Pl. siamo stati, siate stati, siano stati.

Pr. p. perf. Fossi e sarei stato, fossi e saresti stato, fosse e sarebbe stato. P. Fossimo e saremo stati, foste e sareste stati, fossero e sarebbono stati.

Futuro { Quando sarò ò sarò stato, sarai ò sarai stato, sarà ò sarà stato.
Pl. Saremo ò saremo stati, sarete ò sarete stati, saranno ò saranno stati.

Infinitiuo.

Temp. pres. e pret. imperf.	Essere
Pret. p. perfetto.	Essere stato.
Futuro.	Hauer da essere.

VERBA IN OR.

IN temporibus passiuorum, quæ formātur à præsenti, literæ, o, additur r, at m, vertitur in r, & t, in tur, in vtroque numero: vt amor, bar, bor, &c. Secundæ personæ singulares plerunque desinunt in ris vel re: Tertiæ in tur, Primæ plurales in mur: Secundæ in mini: Tertiæ in ntur.

In imperatiuo secunda præsentis singularis addit re, suæ actiuæ, vt ama, amare: Secunda pluralis est eadem, quæ secunda indicatiui, vt amamini: & mutata ni, in nor, fit secunda futuri, vt amaminor: Tertia addit r, actiuo suo, vt amanto, amantor; & sic in singulari: reliquæ sunt vt in præsenti subinnctiui. In infinitiuo mutatur re, in ri, vt amare amari: præterquam quòd in tertia coniugatione formatur a tertia persona indicatiui, remota tur, vt legitur, sequitur, legi, sequi.

Præterita verò cum futuro subiunctiui componuntur ex participio in tus, & duabus vocibus verbi substantiui ex indicatiuo, & subiunctiuo

 desum-

desumptis, vt amatus sum uel fui: amatus eram vel fueram: amatus sim uel fuerim: amatus essem uel fuissem: amatus ero vel fuero: amatum esse vel fuisse. Et sicut hæc præterita formantur à verbo substantiuo, & participio amatus, doctus, lectus, auditus, ta, tum, in singulari: & amati, docti, lecti, auditi, tæ, ta, in plurali; ita eadem pęnitus vulgaria verbi substãtiui deseruient passiuis eiusdem temporis: dummodo singulis uocibus addatur in singulari, amato, insegnato, letto, vdito, &c. & in plurali, amati, insegnati, letti, vditi, &c.

Fiunt etiã vulgaria passiua, quoties hęc particula, si, præponitur, aut postponitur tertijs personis vulgaribus actiuis in vtroque numero: ut Indicatiuo, si ama, si amano, si amaua, si amauano: si amò e si è amato, si amarono e si sono amati: si era amato, si erano amati: si amerà, si amerãno. Imperatiuo amisi, aminsi: amerassi, ameransi. Subiuntiuo che si ami, si amino: si amasse e si amerebbe, si amassero e si amerebbono: si sia amato, si siano amati: si fosse e si sarebbe amato, si fossero e si sarebbono amati: quando si amerà ò si sarà amato, si ameranno o si saranno amati. Infinitiuo amarsi, essersi amato: hauersi da amare.

Et sicut vulgaria passiua cognoscuntur ex vulgari uerbi substantiui, aut ex particula, si; ita præterita à voce stato, & stati:

Quod si omnibus vocibus eodem modo addatur, mi, ti, si, in singulari; & ci, ui, si, in plurali, erunt vulgaria semipassiua, & plerunque neu-

tra,

tra, uel deponentia effectiua, & habebunt infinitiuum in arsi, ersi, uel irsi: ut gaudeo, io mi rallegro: gaudes, tu ti rallegri: gaudet, altro si rallegra. Pl. gaudemus, noi ci rallegriamo: gaudetis, voi ui rallegrate: gaudent, altri si rallegrano. Item mi rallegraua, &c. mi rallegrai, e mi son rallegrato, mi era rallegrato, mi rallegrerò. Imperatiuo rallegrati tu, rallegreraiti tu. Subiuntiuo ch'io mi rallegri, mi rallegrassi e mi rallegrerei, mi sia rallegrato, mi fossi e mi sarei rallegrato: quando mi rallegrerò ò mi sarò rallegrato. Infinitiuo rallegrarsi, essersi rallegrato, hauersi da rallegrare: & sic de alijs.

VERBORVM IN OR, Coniugatio prima.

Modus Indicatiuus.

Tēp.præs. Amor, aris uel are, atur. Pl. amur, mini, (antur.

Præt.imp̄f. Amabar, aris uel are, atur. Pl. amur, amini, antur.

Præt.perf. Amatus sum uel fui, atus es uel fuisti, atus est uel fuit. Pl. Amati sumus uel fuimus, ati estis uel fuistis, ati sunt, fuerūt uel fuere.

Pr.plusq.p̄f. Amatus eram uel fueram, atus eras uel fueras, atus erat uel fuerat. Amati eramus uel fueramus, ati eratis uel fueratis, ati erāt uel fuerāt.

Futuro Amabor, eris uel ere, itur. Pl. amur, mini, untur.

Imperatiuus.

Tēp.præſ. Amare tu etur. Pl.emur, amini, entur.
Futuro Amator, amator. Pl.emur, aminor, ātor.

Subiunctiuus.

Tēp.præſ. Amer, eris vel ere, etur. Pl. emur, emini, entur.

Præt.impf. Amarer, areris vel rere, retur. Pl.remur, remini, rentur.

Præt.perf. Amatus ſim uel fuerim, atus ſis vel fueris, atus ſit vel fuerit. Pl. Amati ſimus uel fuerimus, ati ſitis vel fueritis, ati ſint vel fuerint.

P.pluſq.pf. Amatus eſſem uel fuiſſem, atus eſſes vel fuiſſes, atus eſſet uel fuiſſet. P. Amati eſſemus vel fuiſſemus, ati eſſetis uel fuiſſetis, ati eſsēt uel fuiſsēt.

Futuro Amatus ero uel fuero, atus eris uel fueris, atus erit uel fuerit. P. Amati erimus uel fuerimus, ati eritis uel fueritis, ati erūt uel fuerint.

Infinitiuus.

Tēp.præſ.& præt.imperf. Amari.
Præt.perf.& pluſq.perf. Amatum eſſe uel fuiſſe.
Futuro Amatum iri, aut amandum eſſe uel fuiſſe.

CONIVGATIO SECVNDA.

Modus Indicatiuus.

Tēp.præſ. Doceor, eris uel ere, etur. Pl. emur, emini, entur.

Præt.

Præt.imp. Docebar, aris uel are, &c. vt in prima coniugatione.
Præt.perf. Doctus sum uel fui, es vel fuisti, &c.
P.plusq.pf. Doctus eram uel fueram, eras uel fueras, erat uel fuerat, &c.
Futuro Docebor, beris uel bere, itur, &c.

Imperatiuus.

Tẽp.præs. Docere, doceatur. Pl. eamur, emini, eantur.
Futuro Docetor, etor. Pl. eamur, eminor, entor.

Subiunctiuus.

Tẽp.præs. Docear, earis vel re, eatur. Pl. eamur, eamini, eantur.
Præt.imp. Docerer, reris uel rere, &c.
Præt.perf. Doctus sim vel fuerim, sis uel fueris, &c.
P.plusq.pf. Doctus essem vel fuissem, esses uel fuisses, esset uel fuisset, &c.
Futuro Doctus ero uel fuero, eris vel fueris, &c.

Infinitiuus.

Tẽp.præs.& præt.imperf. Doceri.
Præt.perf.& plusq.perf. Doctum esse vel fuisse.
Futuro Doctum iri, aut docendum esse vel fuisse.

CONIVGATIO TERTIA.

Modus Indicatiuus.

Tẽp.præs. Legor, eris uel ere, it. Pl. imur, imini, unt.
Præt.impf. Legebar, baris uel bare, &c.
Præt.perf. Lectus sum vel fui, es uel fuisti, &c.
P.plusq.pf. Lectus erã uel fuerã, eras uel fueras, &c.
Futuro Legar, eris vel ere, et. Pl. emur, emini, ent.

Impe-

Imperatiuus.

Tēp.præſ. Legere, legatur. Pl. amur, imini, antur.
Futuro Legitor, legitor. Pl. amur, iminor, ũtor.

Subiunctiuus.

Tēp.præſ. Legar, aris uel are atur. Pl. amur, amini, (antur.
Præt.impf. Legerer, reris uel rere, retur. Pl. remur, remini, rentur.
Præt.perf. Lectus ſim uel fuerim, ſis uel fueris, &c.
Pr.pluſq.pf. Lectus eſſem uel fuiſſem, eſſes uel fuiſſes, eſſet vel fuiſſet, &c.
Futuro Lectus ero uel fuero, eris uel fueris, &c.

Infinitiuus.

Tēp.præſ.& imperf. Legi.
Pr.perf.& pluſq. perf. Lectum eſſe uel fuiſſe.
Futuro Lectum iri, aut legendũ eſſe (vel fuiſſe.

CONIVGATIO QVARTA.

Modus Indicatiuus.

Tēp.præſ. Audior, iris uel ire itur. Pl. imur, imini, (iuntur.
Præt.impf. Audiebar, aris uel are, &c.
Præt.perf. Auditus ſum uel fui, es uel fuiſti, &c.
Pr.pluſq.pf. Auditus eram uel fueram, eras uel fueras, erat vel fuerat.
Futuro Audiar, eris uel ere, &c. vt in tertia.

Imperatiuus.

Tēp.præſ. Audire tu, iatur. Pl. iamur, imini, iantur.

Futuro Auditor, tor. Pl. iamur, iminor, iuntor.

Subiunctiuus.

Tēp. præs. Audiar, aris uel are, &c.
Præt. impf. Audirer, reris uel rere, &c.
Præt. perf. Auditus sim uel fuerim, sis uel fueris, &c.
P. plusq. pf. Auditus essem uel fuissem, esses uel fuisses, esset vel fuisset. &c.
Futuro Audit⁹ ero uel fuero, eris uel fueris, &c.

Infinitiuus.

Temp. præs. & imperf. Audiri.
Pr. perf. & plusq. perf. Auditum esse uel fuisse.
Futuro Auditum iri, aut audiendum (esse uel fuisse.

Ita etiam declinabis deponentia, præter futurum infinitiui, quod est sicut in actiuis, ut secuturum esse, hortaturum esse, ni fuerint cōmunia in passiua significatione; vt hortatum iri, aut hortandum esse uel fuisse, vt passiua. Nunc dicendum est de anomalis, quæ solum ferè in præsentibus indicatiui non sequuntur regulam alicuius coniugationis: in alijs temporibus uariantur ferè uti actiua: & sunt quatuor cum compositis, scilicet, Sum, uolo, fero, & edo.

VERBVM VOLO.

Modus Indicatiuus.

Tēp. præs. Volo, uis, uult. Pl. uolumus uultis, uolūt
Volebam, uolui, uolueram, uolā, es, &c.

Imperatiuus deest.

Est tamen i composito, Noli tu. Pl. nolite uos.

Futuro

Futuro Nolito tu Pl. Nolitote uos.

Subiunctiuus.

Velim is, &c. Itẽ vellẽ, uoluerim, voluissem, uoluero.

Infinitiuus.

Velle, voluisse, futuro caret.

Item Malo, mauis, mauult. Pl. malumus, mauultis, malunt. Item malebam, malui, malueram, malam, malim, mallem, maluerim, &c.

Item Nolo, non vis, non vult. Pl. nolumus, nonuultis, nolunt, nolebam, nolui, &c.

VERBVM FERO.

Modus Indicatiuus.

Tẽp. præs. Fero, fers, fert. Pl. ferimus, fertis, ferunt. Item ferebam, tuli, tuleram, ferã, es, &c.

Imperat. Fer, ferat, Ferto, &c. { Apocopata sunt quatuor dic, duc, fac, & fer: pro dice, duce, face, & fere.

Subiunct. Ferã, ferrẽ, tulerim, tulissem, tulero, &c.

Infinitiuus. Ferre, tulisse, laturum esse.

Hoc habet passiuum. Feror, ferris vel re, fertur. P. ferimur, ferimini, feruntur. ferebar, latus sum vel fui, latus eram uel fuerã, ferar, ferre tu, fertor, &c.

VERBVM EDO.

Modus Indicatiuus.

Tẽp. præs. Edo, edis vel es, edit uel est. Pl. edimus, editis uel estis, edunt.

Item

Item edebam, edi, ederã, edam, es, &c.

Imperat. Ede, edito, &c.

Subiunct. Edam, ederẽ, ederim, edissem, edero, &c.

Infinitiuus. Edere, edisse, esurum esse.

VERBA NEVTROPASSIVA, quæ in præteritis formandis sequuntur declinationem passiuorum, in ceteris vero neutrorum.

Modus Indicatiuus.

Tẽp. præs. Gaudeo, es, &c. Item Gaudebam: gauisus sum uel fui: gauisus eram uel fueram, gaudebo.

Imperat. Gaude, gaudeto.

Subiunct. Gaudeam, gauderem, gauisus sim vel fuerim, gauisus essem vel fuissem, gauisus ero uel fuero.

Infinitiu. Gaudere, gauisum esse vel fuisse, gauisurum esse.

Ita declinatur, Audeo, fio, fido, soleo. Item cęno, cęnaui uel cęnatus sum, prandeo, prandi, uel prãsus sum, nubo, nupsi, vel nupta sum, &c.

VERBA DEFECTIVA, quorum tempora, quæ inueniuntur ponuntur pro ijs etiam, quę in vsu non sunt.

Indic. temp. præs. caret, sed pro eo vtimur præt. perf. Pro imperf. vtimur plusq. perf. & sic in alijs modis, vt

Præt. perf. Memini, io mi ricordo, mi ricordai, e mi son ricordato, &c.

P. plusq. pf. Memineram, mi ricordaua, e m'era ricordato, &c.

loco huius futuri utimur fut. subiũctiui.

Ita etiam loco totius imperatiui, qui habet tantũ in futuro memento tu, mementote vos.

Subiunctiuus item præsenti & imperfecto caret.

Præt.perf. Meminerim, io mi ricordi, e mi sia ricordato, &c.

Pr.plusq.pf. Meminissem, io mi ricordassi, ò ricorderei; e mi fussi, ò mi sarei ricordato.

Futuro Meminero. quando mi ricorderò, ò mi sarò ricordato, &c.

Ita declinabis hæc tria, odi, noui, & cœpi.

VERBA QVAE SVMVNT, ferè tertias voces singularis numeri, cum earundem vulgaribus, & dicuntur impersonalia, actiuæ vocis in t, passiuæ vocis in tur.

INdicatiuus, Pœnitet, si pēte, tædet, rincresce, &c. pœnitebat, pœnituit, pœnituerat, pœnitebit. Imperatiuus pœniteat, futuro caret. Subiũctiuus pœniteat, pœniteret, pœnituerit, pœnituisset, pœnituerit. Infinitiuus pœnitere, pœnituisse, futuro carent omnia.

IMPERSONALIA PASSIVAE VOCIS, quæ habent vulgaria sicuti passiua cum particula si: sed in tertijs tantum personis singularibus.

INdicatiuus, Amatur, si ama, &c. Amabatur, amatum est uel fuit, amatum erat vel fuerat, amabitur. Imperatiuus, ametur, amator. Subiunctiuus

ametur, amaretur, amatum sit vel fuerit, amatum esset vel fuisset, amatũ erit vel fuerit. Infinitiuus amari, amatum esse vel fuisse, amatũ iri. quæ voces sunt semper indeclinabiles, etiam in præteritis, cum componantur ex verbo substantiuo, & supino indeclinabili, non autem ex participio declinabili, sicuti passiua. Et hæc hactenus de partium declinatione.

DE CONCORDANTIIS, quæ sunt tres.

Adiectiuum cum substantiuo debet concordare in tribus, in genere, numero, & casu, vt virtus honesta. Vbi per substantiuum intellige nomen, quod variatur per vnum articulum tantum, vel per duos ad summum: per adiectiuum intellige nomen generis omnis.

Relatiuum cum antecedente debet conuenire in duobus, genere, & numero: vt musa, quæ. Hic per relatiuum intellige qui, quæ, quod, tantum, & per antecedens, nomen, siue pronomen, quod præcedit.

Nominatiuus cum verbo cõcordat in duobus, persona, & numero, vt magister docet, discipuli discunt. His probè cognitis, aggrediendum est ad partium constructionem.

DE CONSTRVCTIONE VERBI ACTIVI.



Erbum Actiuum est, quod desinit in o, format passiuum in or, addita r, & vult ante se nominatiuum agentem, & post se accusatiuum patiẽtem: eiusq; regulæ sunt sex. Agens est, à quo verbi actus egreditur; patiens in quo idem actus recipitur.

VErbum Actiuum simplex vult ante se nominatiuum agentem, & post se accusatiuum patientem: vt ego amo Deum.

Amo	as	aui	atum	Amare.
Lego	is	gi	ctum	Leggere.
Honoro	as	aui	atum	Honorare.
Laudo	as	aui	atum	Lodare.
Acquiro	is	siui	itum	Acquistare.
Timeo	es	mui	s.s.	Temere.
Verbero	as	aui	atum	Battere.
Vulnero	as	aui	atum	Ferire.
Occido	is	cidi	isum	Amazzare.
Adiuuo	as	uui	utum	Aiutare.

Notandum, quod verbum, fastidio, per hauer in fastidio, ò a noia, semper vult ante se nominatiuum significantem hominem: sed per infastidire, si refertur ad corpus melius dicemus, tenet me satietas carnis, la carne m'in fastidisce, &c. Si verò ad animum, tu afficis me molestia; tu m'infastidisci, &c. In verbo, fallo, res, quæ decipitur, ponetur in accusatiuo, vt il cane hà fallito il lepre, lepus fefellit canem: nisi dicas magis propriè canis amisit leporẽ. i. non cepit. sed potius

tius dicemus, ego aberraui viam, quàm via fefellit me. In verbo, Capio, res contenta erit accusatiuus, vt in questa casa capirebbonò cento huomini, hæc domus caperet centum homines.

Diligo, colo, commendo, probo, celebro, metuo, formido, paro, comparo, opto, cupio, desidero, percutio, cædo, voco, appello, nomino, fero, porto, gesto, torqueo, ango, crucio, interficio, perimo, interimo, trucido, cano, canto, perficio, absoluo, iuuo, video, cerno, appeto, aspicio, respicio, perdo, amitto, inuenio, reperio, offendo, lædo, defendo, sperno, cõtemno, como, tango, saucio, vitupero, eleuo, renuo, prætermitto: & reliqua omnia actiua, si habeant solum nominatiuum, & accusatiuum: quia casus faciunt regulas.

VErbum Actiuum possessiuum vult ante se nominatiuum agentem, post se accusatiuum patientem, & ultra genitiuum pretij, culpæ, aut pęnæ: vt tanti librum emi, arguam te ignorantiæ, vel summi sceleris: Iudex damnauit homicidas capitis, vel etiam capite per effectiuum. Dicimus autem, Emo vendo, loco, tanti, quanti, pluris, & minoris cum compositis: At æstimo, duco, facio etiam magni, parui, multi, maximi, plurimi, & minimi. Item flocci, nihili facio, pendo, &c.

Emo	is	emi	emptũ	Comprare.
Vendo	is	didi	ditum	Vendere.
Loco	as	aui	atum	Afittare.
Conduco	is	xi	ctum	Togliere a pigiõe.
Aestimo	as	aui	atum	Stimare, fare stima
Arguo	is	gui	gutum	Riprendere.
Accuso	as	aui	atum	Accusare.
Damno	as	aui	atum	Condannare.

Dicimus per aduerbia, emo carè, vilius, melius, peius, &c. per actiuum simplex: Equi, boniq; facio,

consulo: piglio in buona parte. Sed de pretio plenius infra de constructione communi. Arguo, accuso, defero, postulo, damno, te huius rei, vel de hac re, & etiam in hac re: at reprehendo vitium Petri, vel in Petro, aut Petrum in vitio, vel de vitio, ex Cicerone. dicitur etiam aliquando Impleo, moneo, admoneo, te huius rei.

Comparo, venundo, do, distraho, alieno: addico, taxo, indico, inscribo, reuendo, redimo, doceo, appendo. Facio, pendo, duco, habeo, puto, curo, consulo, multo, condemno. Insimulo, redarguo, coarguo. At absoluo, libero, alligo, multo, astringo, obligo, obstringo, erunt potius quinti ordinis. Nec temerè vtemur cum genitiuo, Reprehendo, corripio, culpo, castigo, excuso, mulco, plecto, punio, vitupero.

VErbum Actiuum acquisitiuum vult ante se nominatiuum agentem, post se accusatiuum patientem, & vltra datiuum: vt Deus dat nobis omnia bona.

Do	das	dedi	datum	Dare.
Dono	as	aui	atum	Donare.
Reddo	is	didi	ditum	Rendere.
Dico	is	xi	ctum	dire.
Declaro	as	aui	atum	Dechiarare.
Antepono	is	sui	situm	Anteporre.
Promitto	is	si	issum	Promettere.
Cõmodo	as	aui	atum	Prestare.
Credo	is	didi	ditum	Credere, e cõfida- (re.
Mitto	is	si	issum	Mandare.
Narro	as	aui	atum	Racontare.

Hic notandum est, quod vulgare, al, in omnibus ferè verbis actiuis indicat datiuum vlteriorem huius ordinis; nisi fuerint verba infrascripta in quarta, & quinta

quinta regula: vbi huiusmodi vulgare, al, indicat accusatiuum patientem. Quædam mutant datiuum in accusatiuum cum ad, vt scribo, mitto literas tibi, vel ad te; ita refero, accingo, adhibeo, adiungo, admoueo. Alia possunt esse tertij, & quinti ordinis, vt augeo, accumulo tibi diuitias, & te diuitijs, Item prohibeo, impertio, dono, leuo, spargo, fundo, & figo. Dicimus, commodare, aut dare mutuam, vel mutuò rem alicui, non, præstare, aut mutuare. Dicimus etiã cum duobus datiuis, Do tibi hoc laudi, vitio, crimini, pignori, dono, fœnori, honori, &c. Item verto, duco, ascribo. Misit mihi has res muneri. Dedi tibi sororem nuptum, vel nuptui. Facio tibi fidem, iniuriã. Ago vobis gratias. Habeo tibi fidem, potius quam adhibeo. Præsto tibi fidem, idest soluo. Dare se in viam, Mettersi in viaggio. Dare se in pedes, Dare a gambe. Dare manus, vel herbam, Arrendersi.

Tribuo, concedo, præbeo, dedo, impendo, exhibeo, ministro, suppedito. Reddo, restituo, refero, rependo. Mando, committo, commendo, credo, trado. Spondeo, recipio. Aperio, expono, explico, indico, significo, ostendo, demonstro, memoro, narro. Antepono, antefero, præfero, præpono, præopto, postpono. Item scribo, rescribo, affirmo, assero, concilio, debeo, nuncio, remitto, permitto, condono, ignosco, respondeo, numero, soluo: & multa composita cum præpositionibus, ad, in, ob, præ, & sub.

VErbum Actiuum transitiuum vult ante se nominatiuum agentem, post se accusatiuum patientem rei animatæ, & vltra accusatiuum sine præpositione: vt ego docui te grammaticam.

Doceo es cui ctum Insegnare.
Moneo es nui itum Ammonire, admoneo.
Rogo as aui atum Pregare, oro, obsecro.

Postulo as aui atum Domandare, pòsco, flàgito.

Hæc regula apud oratores continet ferè tantum hæc verba cum compositis, dedoceo, admoneo, reposco, interrogo. Item quandoque consulo, exigo, calo, & vix alia. Dicimus Posco, postulo, flagito hanc rem Petrum, vel a Petro: sed Peto, hanc rem a Petro, tantum. Quædam verba vestiendi, vt Amicio, induo, exuo, calcio, cingo, & etiam erudio sunt potius sequentis ordinis. Et dicitur Erudio, vel doceo te de statu meo, per auisare, ò informare. Item moneo te huius rei, hanc rem, & de hac re.

VErbum Actiuum effectiuum vult ante se nominatiuum agentem, post se accusatiuum patientem, & vltra ablatiuum sine præpositione: vt ego spolio te veste.

Spolio	as	aui	atum	Spogliare.
Vestio	is	iui	itum	Vestire.
Orno	as	aui	atum	Ornare.
Educo	as	aui	atum	Alleuare.
Priuo	as	aui	atum	Priuare.
Dito	as	aui	atum	Aricchire.
Emo	is	emi	emptum	Comprare, &c.
Impleo	es	eui	etum	Empire. (re.
Afficio	is	feci	ctum	Disporre, moue-
Sterno	nis	straui	stratum	Metter'in ordine.

Omnia verba pretij cum pretio determinato ita, vt non exprimatur per illos genitiuos actiui possessiui, erunt huius ordinis: vt emi librũ tanto pretio, duabus drachmis, magno, paruo, multo, maximo, duplo, dimidio pluris, &c. Afficio accipit significationem ablatiui vlterioris: vt afficio ta lætitia, mærore, laude, vituperio,

perio; Ti rallegro, ratristo, lodo, biasmo, &c. Dicimus, Sternere equum, Metterli la sella: Sternere mensam, Apparecchiar la tauola: Sternere lectum, Rifare il letto: Sternere viam lateribus, Mattonar la strada. Accipere aliquem hospitio, Albergarlo. Demum huc referuntur omnia verba actiua, quæ præter accusatiuum patientem habent dumtaxat ablatiuum sine præpositione vel pretij, vt dictum est: vel excessus, vt supero, excello te virtute: Vel instrumentalē, vt incido arborem securi: vel causalem, vt feci id hortatu tuo, construxi domum quadrato lapide: vel modalem, vt fecisti hoc magna diligentia, libenti animo, &c. qui ablatiui possunt etiam regi per se, & addi verbis aliarum regularum: vt infra in constructione communi.

Tego, nudo, imbuo, satio, saturo, farcio, exhaurio, obruo, premo, opprimo, leuo, exonero, libero, soluo, expedio, alligo, obligo, impedio, abstineo, orbo, euerto, institio, informo, instruo, erudio, nutrio, alo, cibo, pasco, decoro, honesto, maculo, contamino, fœdo, polluo, inquino, locupleto, effingo, placo, allicio, armo, fundo, irrito, lacero, pungo, sagino, pondero, fulcio, vacuo, lacto, delecto, anteeo, antecedo, excello, præcello, interdico, muto, lædo, remunero, absoluo, multo, obstringo, deuincio.

VErbum Actiuum separatiuum vult ante se nominatiuum agentem, post se accusatiuum patientem, & vltra ablatiuum cum præpositione, à, ab, abs, de, e, & ex: vt ego audiui lectionem a magistro, & tu intelliges id ex meis literis.

Audio	is	iui	itum	Vdire.
Intelligo	is	lexi	ctum	Intendere.
Capio	is	cepi	captum	Pigliare, cauare.
Accipio	is	cepi	ceptum	Riceuere.

Impetro as aui atum Impetrare, ottenere.
Peto is iui vel tij itum Domandare.
Remoueo es oui otum Rimouere.
Disco is didici s. s. Imparare.
Relego as aui atum Sbandire.
Separo as aui atum Separare.

Hæc verba, Intelligo, cognosco, agnosco, conijcio, disco, haurio plerunque volunt ablatiuum cum ex: præsertim si ex præpositione ex fuerint composita, vt expello, &c.

Postulo, posco, reposco, flagito, efflagito, contendo, exigo, quæro, aufero, abduco, abstraho, abalieno, auello, euello, abrado, auoco, eripio, deterreo, absterreo, arceo, repello, amoueo, auerto, abstineo, contineo, refræno, cohibeo, emo, conduco, sumo, reporto, fero, colligo, suscipio, percipio, habeo, abigo, redimo, extrudo, expello, extermino, abduco, defendo, vindico, seduco, segrego, eijcio, seiungo, tempero, detorqueo, emo, conduco.

DE CONSTRVCTIONE
VERBI PASSIVI.



Erbum Passiuum desinit in, or, & formatur ab actiuo addita, r; vult ante se nominatiuum patientem, post se ablatiuum agentem cum, à, vel ab: Casus vlteriores non mutantur. Quare erunt totidem regulæ cum ijsdem nominibus, sicuti in actiuis: ut prima, Deus amatur à me 2. liber emptus fuit a me tanti. 3. a Deo dantur nobis omnia bona. 4. Tu doctus fuisti a me grammaticam. 5. Tu spoliaris à me veste. 6. Lectio audita fuit a me a magistro, &c.

Amor

Amor	aris	atus sum	Esser'amato.
Emor	ris	emptus sum	Esser comprato.
Daris vel dare		datus sum	Esser dato.
Doceor	ris	doctus sum	Esser'insegnato.
Spolior	ris	atus sum	Essere spogliato.
Audior	iris	itus sum	Esser'vdito.

Si verbum careat supino, non inuenitur passiuum in præteritis perfectis, &c. Sed resoluitur per verbum actiuum seruato tempore: vt la lettione è stata imparata da te, Tu didicisti lectionem. multum prodest pueris conuertere actiua in passiua, & econtrario. Loco huius ablatiui agentis vtimur quandoque datiuo: vt non cernitur vlli, pro ab vllo: interdum ablatino sine præpositione, vel accusatiuo cum, per, vt appetitu impellitur: per prætores consules creabantur, &c.

DE NEVTRIS ET DEPONENTIBVS SIMVL.

VErbum Neutrum desinit in, o, & non format ex se passiuum in, or: Deponens verò desinit in, or, & non formatur à verbo desinente in, o: & vtrumique poscit ante se nominatiuum modò agentem, modò patientẽ; & sic differũt ab actiuis, & passiuis. Ceterum inter se conueniunt, & sex itidem regulis absoluuntur, vti actiua, & passiua: nisi quod illic ab vlteriori, hic a posteriori casu ijsdem ferè nominibus appellantur.

VErbum Neutrum, & deponens simplex potest dici vel quando absolutè ponitur, vt Deus

est, ego viuo, reuertor, &c. Vel quando copulat similes casus: vt Deus est iustus, ego viuo felix, reuertor defessus.

Sum	es	fui		Essere.
Euado	is	si	sum	Douentare. Item fio.
Viuo	is	xi	ctum	Viuere.
Philosophor	aris	atus	sum	Attendere alla filosofia.
Iocor	aris	atus	sum	Burlare.
Apricor	aris	atus	sum	Stare al sole.

Ista, quæ sequuntur in tertijs tantum personis singularis numeri vsurpata, sunt verè Neutra absoluta: quia de vsu frequenti vtrinque ponuntur sine casu: vt pluit, ningit, &c. licet nominatiuus tacitus intelligi posset, Deus, vel natura: & ideo dicuntur verba exemptæ, vel exceptæ actionis.

Pluit	ebat	pluit	Piouere.
Ningit	bat	ninxit	Neuicare.
Tonat	bat	nuit	Tonare.

Item Grandinat, & degrandinat, grandinare, e degrandinare. Fulminat, fulminare. Fulgurat, & coruscat, Balenare. Serenat, & disserenat, rasserenarsi. Rorat, cader la rugiada. Lucescit, s. s. farsi giorno. Vesperascit, & aduesperarscit, s. s. farsi notte: Et reperitur quandoque pluit imber, imbrem, & imbre, & saxa pluunt: Cælum tonat, Deus serenat aerem, fulminat arbores, & grandinat vineas, per neutrum transitiuum: sed rarius.

Tussio, sternuo, sternuto, oscito, hio, hisco, vigilo, dormio, proficio, ludo, mico, sedeo, sterto, nato, iaceo, cubo, certo, pereo, ceno, prandeo, consisto, equito, flo, fluctuo, garrio, laboro, lateo, quiesco, sto, curso, surgo, deambulo.

Altercor, luctor, ratiocinor, negotior, piscor, lignor, aquor, bellor, prælior, tumultuor, nugor, fabulor, concionor, rusticor,

ſticor, conuiuor, lacrymor, peregrinor, ſpatior, colloquor, hallucinor, digladior, moror, cunctor, utinor, queror, congredior: & alia quæ plerunque ponuntur cum præpoſitionibus ad ſtatum, vel motum pertinentibus, quæ infra ſuo loco recenſentur, videlicet in communi conſtructione.

VErbum Neutrum, & Deponens poſſeſſiuum vult ante ſe nominatiuum patientem, & poſt ſe genitiuum agentem: vt ego Egeo conſilij, & miſereor pauperum: & continet penè tantum verba, quæ ſequuntur.

Egeo es gui s.ſ. Hauer biſogno. Itē. Indigeo.
Sum. es fui s.ſ. Eſſere, cū poſſeſſionē ſignificat. Item per valere, & per eſſere ſtimato.
Memini. iſti s.s. } Ricordarſi.
Recordor aris atus ſum
Miſereſco ſcis s.p. & s. } Hauer miſericordia.
Miſereor reris ſertus ſum
Obliuiſcor ris oblitus ſum Scordarſi.
Reminiſcor ris s.p. & s. Ramentarſi.
Potior iris itus ſum Impatronirſi.

Valeo, & ſum habent hos genitiuos, tanti, magni, &c. vt verbum æſtimo. Egeo, & indigeo volunt quandoque ablatiuum ſine præpoſitione, ita potior, & ſæpius, & tunc ſunt effectiua, vt careo, & abundo. Dicimus Memini, recordor, obliuiſcor, & reminiſcor huius rei, & hanc rem. Item memini huius rei, vel de hac re, ſignificat mentionem feci, vel facio. Cæſar ſatagit rerum ſuarum, hà la ſua parte de faſtidij: animi pēdeo, ſtò iu dubbio. Et nota, quòd patiens eſt, in quo eſt egeſtas, memoria, obliuio, &c.

VErbum Neutrum, & Deponens Acquiſitiuum vult ante ſe nominatiuum agentem, & poſt ſe dati-

se datiuum patiẽtem: ut boni uiri seruiunt Deo, & auxiliantur hominibus.

Seruio	is	iui	itum	Seruire.
Studeo	es	dui	s.s.	Studiare.
Obedio	is	iui	itum	Obedire.
Faueo	es	faui	fautũ	Fauorire.
Parco	cis	peperci	s.s.	Perdonare.
Placeo	es	cui	citum	Piacere.
Intersum	es	fui	s s.	star p̄sente. Itẽ adsũ
Auxilior	aris	atus sum		Aiutare.
Gratificor	aris	atus sum		Far cosa grata.
Gratulor	aris	atus sum		Congratularsi.
Irascor	ris	iratus sum		Adirarsi.
Medeor	eris	s. p. & s.		Medicare.
Assentior	iris	sus sum		Acconsentire.
Adulor	aris	atus sum		Adulare.

Huc spectat, sum, pro habeo: vt sunt mihi duo fratres: vel quando ponitur cum duobus datiuis: vt sum tibi ornamento, laudi molestiæ, &c. Dicimus eleganter, incumbo ad, vel in hanc artem, non huic arti, sed inuigilo, & operam do. Vaco significat potius carere. Parco tibi hunc errorem non dicitur: sed ignosco, vel condono. Dominari in rep. & in suos potius, quam alicui. Operari sacris, stare in oratione. Præsto, vel antecello te, & tibi aliqua re.

Subuenio, consulo, doleo, noceo, indulgeo, cedo, repugno, assurgo, impendeo, occurro, succenseo, annuo, fideiubeo, hæreo, satisfacio, resisto, sufficio, præsto, antecello, aspiro, assentio, acquiesco, assuesco, benefacio, debeo, deficio, obtrecto, fido, inuideo, pateo, nubo, subiaceo, supplico, & multa composita à præpositionibus, ad, con, in, inter, ob, præ, & sub. Itẽ composita à sum, vt adsum, desum, &c.

Aduersor, assentor, æmulor, blandior, famulor, initior, innascor, nitor, insidior, interloquor, minor, moderor, obloquor,

obsequor, opitulor, patrocinor, suffragor, refragor, &c.

Verbum Neutrum, & Deponens Transitiuum vult ante se nominatiuum agentem, & post se accusatiuum patientem: vt ego aro terram, & sequor Christum. Ex his Neutra formant passiuum in tertijs personis in vtroque numero: vt terra aratur à me, & arbores satæ fuerunt à te. Inter deponentia verò quædam pauca reperiuntur etiam cum significatione, & constructione passiua: vt ego hortor Petrum, & hortor à Petro: & hæc dicuntur verba communia.

Aro	as	aui	atum	Arare.
Colo	is	lui	cultum	Coltiuare.
Sero	is	seui	satum	Seminar, e piantare.
Aedifico	as	aui	atum	Edificare.
Texo	is	xui	textum	Tessere.
Sequor	ris	cutus sum		Sequitare.
Imitor	aris	atus sum		Imitare.
Consolor	aris	atus sum		Consolare.
Adipiscor	ris	deptus sum		Acquistare.
Lucror	aris	atus sum		Guadagnare.

Hæc neutra differunt ab actiuis, solum quia non possunt habere patientem primæ, aut secūdæ personæ, cum sint ferè verba artium, quæ ad res mutas transitū faciunt; & propterea non formant passiuum, nisi in tertijs personis: licet sint nonnulla, quæ habent accusatiuum animatum, vt adeo, volo, &c. Huc etiam pertinēt, quæ habent accusatiuum eiusdem naturæ; vel mensuræ, vt viuo vitam, seruio seruitutem, curro stadium &c.

Ex Deponentibus hæc admittunt sæpe vltra se datiuum, largior, interpretor, loquor, polliceor, minor, minitor,

adme-

admetior, remetior, assentior, furor, fateor, confiteor, & impertior.
At hæc cum præpositione a, vel ab, vel ex, Consequor, assequor, scitor, sciscitor, percontor, mercor, patior, mutuor, & deprecor.
Item præter accusatiuum possunt habere ablatiuum sine præpositione Dignor, complector, prosequor, muneror, remuneror, & dicimus prosequor te amore, odio, &c.
Meto, verro, acuo, gusto, oleo, volo, pulso, semino, sarrio, sarculo, pastino, insero, consero, pango pepigi, & pango panxi, puto, pampino, ablaqueo, occo, ventilo, vanno, cribro, pendo, cerno, luo, exantlo, dilapido, abligurio, effundo, antiquo, Fodio, trituro, edo, mando, prandeo, obeo, subeo, edo, bibo, ceno, suo, scindo, sarcio, condo, terebro, dolo, tundo, irrigo, coquo, concoquo, digero, asso, cõstruo, mereo, odi, cępi, &c.
Admiror, adorior, faris, aggredior, alloquor, arbitror, hariolor, architector, auguror, aucupor, causor, commentor, comminiscor, conor, contor, contemplor, despicor, execror, elucubror, fabricor, fabulor, frustror, fęneror, helluor, iaculor, inficior, liceor, lucror, lamentor, ludificor, machinor, mentior, metior, miror, miseror, moderor, muneror, mutuor, ordior, opinor, paciscor, patior, partior, perscrutor, prædor, profiteor, queror, sector, sortior, suspicor, testor, testificor, tueor, vador, venor, vaticinor, vereor, vlciscor, assequor, consequor, &c.

Verba Communia.

Hortor aris atus sum Essortare, & esser'essortato.
Interpretor aris atus sum Esporre, & esser'esposto.
Item dignor, veneror, comitor, aspernor, & quædam alia in præteritis, gerundijs, & participijs præsertim vsurpata: quia olim omnia deponentia transitiua erant communia.

VErbum Neutrum, & deponens effectiuũ vult ante se nominatiuum patientem, & post se ablati-

ablatiuum agentem ſine præpoſitione: vt ego gaudeo pace, & delector ſtudijs.

Gaudeo	es	gauiſus ſum		Allegrarſi.
Mæreo	es	mæſtus ſum		Rattriſtarſi.
Caleo	es	lui	s.s.	Eſſer caldo.
Caleſco	ſcis	calui	s.s.	Riſcaldarſi.
Careo	es	rui	ritũ	Eſſer ſenza,mancare.
Abundo	as	aui	atũ	Abõdare,hauer'abõdãza
Pereo	is	ij	itũ	Morire,capitar male.
Lætor	aris	atus ſum		Allegrarſi.
Delector	aris	atus ſum		Dilettarſi.
Glorior	aris	atus ſum		Gloriarſi.
Stomachor	aris	atus ſum		Sdegnarſi,andar in colera.
Verecũdor	aris	atus ſum		Vergognarſi.
Vtor	ris	uſus ſum		Vſare,adoprare.
Fungor	ris	functus ſum		Vſare uffitio.

Hæc tamen verba, Vtor, abutor, fungor, fruor, potior, & veſcor, volunt ante ſe nominatiuum agentem. In alijs verò ea res nominatiuus eſto, in qua eſt abundantia, caritas, gaudium, calor, &c. Sunt quædam neutra, quæ loco ablatiui habent aliquando accuſatiuũ cum, ob, aut propter, vel ablatiuum cum de. Huc referuntur multa verba ad tranſmutationes pertinentia: quorum primitiua exeunt plerumque in, eo, vt nigreo albeo, id eſt, niger ſum, &c. & deriuatiua in ſco, vt nigreſco, albeſco, ideſt, niger fio, &c. quæ etiam a nominibus deriuantur, vt lapideſco, ſylueſco, ſterileſco: & cum careant præteritis ea mutuantur a ſuis primitiuis. vt caleſco, calui, à caleo, &c.

Doleo, frigeo, frigeſco, algeo, æſtuo, areo, areſco, macreo, palleo, ſtupeo, rubeo, nigreo, calueo, caneo, horreo, hebeo, frondeo, liqueo, liueo, luceo, madeo, muceo, langueo, puteo,

teo, splendeo, squaleo, stupeo, tabeo, tepeo, torpeo, tumeo, vireo; & multa alia cum suis compositis in sco. Item congelo, conglacio, gelasco, congelasco, ditesco, induresco, intereo, obeo, pereo, inueterasco, mansuesco, mitesco, maturesco, obsolesco, obsurdesco, repuerasco, resipisco, sordesco, superbio, titubo, tremo, trepido, tussio, vilesco, &c. Item egeo, abundo, affluo, exubero, abstineo, vaco, redundo, circumfluo, diffluo, deficio, desilio, supersedeo, scateo, fastidio, inundo, lacrymo, oleo, sudo, spiro, fragro, flagro, valeo, polleo, uigeo, possum, viuo, mano, laboro, consto, ægroto, cresco, conualesco, deliro, desipio, gestio, exulto, fulgeo, labo, &c.

Indignor, stomachor, morior, bacchor, verecundor, expergiscor, consternor, defetiscor, defessus sum.

Verbum Neutrum, & Deponens Passiuum est, quod habet constructionem passiuorũ: vult enim ante se nominatiuum patientem, & post se ablatiuum agentem cum, à, vel ab, vt tu vapulas à magistro, & natus es a bono patre: vel etiam bono, & ex bono patre.

Vapulo	as	aui atum	Esser battuto.
Fio	fis	factus sum	Esser fatto.
Væneo	is	iui vel ij, venũ	Esser venduto.
Nascor	ris	natus sum	Nascere.
Orior	iris	ortus sum	Item exorior, coorior.
Renascor	ris	atus sum	Rinascere.

Et hæc tantum verba sunt huius classis cum suis compositis, præsertim a fio, quando in facio retinetur a, vt nigrefacio, nigrefio, sic albefio, pinguefio, tepefio, magnifio, floccifio, &c. licet huc redigi possint, cado, occido, pereo, timeo, caueo, intereo, beneaudio, & maleaudio. At nubo est neutrum acquisitiuum: exulo, & liceo, absoluta sunt.

DE COMMVNI VERBORVM Conſtructione.

COmmunis conſtructio ſit, quæ omnibus, aut plerisque, aut multis diuerſæ claſſis, ac naturæ verbis accommodari poteſt, præter conſtructionem propriæ regulæ.

Prima regula. Omnia igitur verba præſertim abſoluta, poſſunt habere caſus cum præpoſitione, aut nomina vrbium aduerbialiter poſita, aut aduerbia localia.

Verba abſoluta ſunt. Eo, maneo, tranſeo, redeo, viuo, ambulo, deambulo, emergo, abſum, diſto, hyberno, æſtiuo, remeo, reuerto, curro, exeo, remigro, diſcedo, abeo, pernocto, pergo, tendo, venio, aduenio, peruenio, appropinquo, confugio, deflecto, degenero, deſcendo, diſcrepo, diſſideo, diſſentio, diuerto, exulo, incido, incurro, introeo, irruo, irrumpo, vado, vergo, & ſimilia. Item quæ poſita ſunt in prima claſſe neutrorum.

Verſor, conuerſor, diuerſor, vagor, reuertor, benemereor, graſſor, proficiſcor, egredior, ingredior, & alia poſita in prima claſſe deponentium.

Quæ vt melius intelligantur, ſciendum eſt, quòd in quolibet verbi actu exercendo aut mutatur locus, aut non.

QVādo nō mutatur locus, appellatur ſtatus in loco, & nomina locorum, & ſimilia ponuntur in ablatiuo cum præpoſitione, in, ſub, & quandoque ſuper, & ſubter: vt deambulo in gymnaſio, dormiui ſub hac lauro.

Quod ſi fuerint nomina vrbium, & oppidorum propria, de vſu frequenti ponuntur ſine præpoſitione cum hoc diſcrimine; ſi ſunt primæ, aut ſecun-

dæ declinationis ponuntur in genitiuo, vt studui Romæ, & fui Patauij: si autem fuerint tertiæ, vel tantum pluraliter declinata, ponuntur in ablatiuo sine præpositione: vt fui Tibure, & Venetijs.

Aduerbia verò, quæ significant statum in loco, sunt, hic, istic, illic, intus, foris, superius, inferius, vbi, ibi, cum compositis, alibi, alicubi, necubi, sicubi, vbiuis, vbique, vbicumque, ibidem, passim, peregrè, vsquam, & nusquam.

Sed si mutatur locus, necesse est, vt agens moueat se, recedens ab vno loco per aliquod medium accedens ad alterum locum: & ita erunt tres motus præcipui, de loco, per locum, & ad locum, ad quem rediguntur duo alij motus, versus locum, & vsque ad locum: nec erit mirum, si plures motus reperiantur cum eodem verbo.

QVando igitur verbum significat motum de loco, vult ablatiuum cum, a, vel, ab, abs, de, e, & ex: vt redeo a platea, & exiui è schola.

Nomina vrbium ponuntur in ablatiuo semper: vt redeo Senis, Perusia.

Aduerbia sunt ista: hinc, istinc, illinc, intus, foris, peregrè, vnde, & inde cum compositis, aliunde, alicunde, sicunde, necunde, vndique, indidem, vndeuis, & vndelibet, infernè, supernè, cælitus, funditus, radicitus.

QVando significat motum per locum, vult accusatiuum cum, per, vt transeo per plateam.

Nomina vrbium ponuntur itidem in ablatiuo; vt transeo Viterbio.

Aduerbia sunt: hac, istac, illac, ea, eadem, illa, alia, quà cum compositis, siquà, nequà, aliquà, quauis,

qua-

quaquà,qualibet, & quacunque.

QVando ſignificat motum ad locum, vult accuſatiuum cum,ad,in,ſub,& aliquãdo ſuper, & ſubter:vt vado ad vrbem, vel in urbem.

Nomina urbium ponuntur in accuſatiuo ſine præpoſitione:vt uado Romam.

Aduerbia ſunt:huc,iſtuc,illuc,intrò, foras, eò, illò, aliò,quò cum compoſitis, ſiquò, nequò, aliquò, quocunque,quouis,quolibet,eodem,peregrè,ſupra,infra,uſquam,& nuſquam.

QVando ſignificat motũ uſque ad locũ,vult accuſatiuũ cũ ad,uel,in, ut uſque ad, uel uſque in galliam proficiſcor : & quandoque etiam cum ab,&,ex: ut uſque ab,uel ex Aethiopia uenit, cũ motu de loco.

Nomina urbium ponũtur in accuſatiuo, cum vſque præpoſita,uel poſtpoſita: ut uado Florentiam uſque,uel uſque Florentiam.

Aduerbia ſunt : hucuſque, iſtucuſque, illucuſque, quouſque, eouſque, & quonamuſque, & ſignificant etiam uſque ad tempus, ut hactenus.

QVando ſignificat motũ verſus locũ, vult accuſatiuũ cũ uerſus immediatè poſtpoſita, tam ſi fuerint nomina aliorum locorum, quàm propria urbium:vt uado plateam verſus,& Romã verſus.

Aduerbia ſunt: horſum, iſtorſum, illorſum, aliorſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum, ſurſum, deorſum, quorſum cum cõpoſitis, nequorſum, ſiquorſum, aliquorſum,quoquouerſus.

PRæterea notandũ eſt,quod præpoſitiones, quæ rarò his urbium proprijs adduntur ſunt tantũ, a,ab,abs,de,e,ex,per,ad,& in; nam cum reliquis

rectè dicitur, eram apud Romam, pugnauit pro Neapoli,&c.ut cum uersus,& usque.

Item ijsdem proprijs adduntur quinque appellatiua domus,rus, humus, militia, & bellum; cū hac differentia:domus,& rus in omni motu, & statu : ut maneo domi,& ruri,potius quam rure: discedo, uel transeo domo,rure:uado,domum,rus,&c. At humus in statu,& motu de loco tantum: ut humi iacet, & humo surgit. Militia & bellum in statu solum,ut fui militiæ,uel belli.

Nomina tamen prædicta urbium,& cetera cū adiectiuis posita, uel per duas uoces quomodolibet explicata,admittunt præpositionem:ut fui in sancta Roma, regredior ab opulentis Venetijs,transiui per forum Sempronij, iui ad urbem Perusiam uel Perusiæ,mansi in angusta domo, in monte alto, &c. Excipe tamen hæc sex possessiua, meus, tuus,suus, noster, uester, & alienus; ut uixi domi meæ,& alienæ,eo senas tuas,&c.

Cum proprijs uirorum,in loco ponimus tantum,cū, & apud. De loco, a,ab,& abs. Per locum, apud. Ad locum,ad. Versus locum,uersus. Vsque ad locum,usque ad:ut cænaui cum Petro,uel apud Petrum:uenio à Petro,transeo apud Petrum, eo ad Petrum, &c.

At Nomina sanctorum propria ponenda sunt in genitiuo cum præpositionibus statui,uel motui cōuenientibus: ut interfui rei diuinæ in diuæ Mariæ,fui ad diui Petri:intelligitur enim templum, uel templo.

Secunda regula communis. Omnia uerba personalia possunt copulare duos similes casus: præser-

tim

tim uerbum Substantiuum, vocatiua, & absoluta: ut tu es bonus, ego uocor Paulus, redeo illinc defessus: Verbum substantiuum dicitur sum es est: quia omnia alia uerba in illud resolui possunt.

Vocatiua sunt, Vocor, nuncupor, nominór, appellor, dicór, iudicor, habeor, existimor, censeor, credor, inscribor, &c. Et quando fuerint ambo nomina substantiua, possunt esse numeri, & generis diuersi: ut dos est decem talenta, uel decem talenta sunt dos. Et adiectiuum quandoque potest conuerti in aduerbium: ut curro uelox, uel uelociter: uiuo felix, uel feliciter, &c.

Tertia. Verba pretij admittunt eos genitiuos, tanti, quanti, pluris, minoris, magni, parui, &c. ut dictum est in actiuo possessiuo.

Quarta. Omnia uerba possunt habere datiuum utilitatis, damni, honoris, ignominiæ, fauoris, &c. ut sum tibi utilitati, detrimento, decori, dedecori, auxilio.

Quinta. Omnia uerba possunt habere accusatiuum temporis continui, quod significat, il quanto; itē spatij, & mensuræ: ut duas horas Thyrei fuimus, abest ab urbe duo miliaria, patet tres ulnas, &c.

Sexta. Omnia uerba possunt hebere ablatiuum temporalem, idest, temporis discreti, quod significat, il quando, uel, in quanto: ut scripsi ad te superioribus diebus, confecit decem miliaria tribus horis. Vel Instrumentalem, ut scribo calamo: qui, si significaret concomitantiam, poneretur cum præpositione: ut uenit cum gladio, qui actui exercendo non est instrumentum necessarium.

Vel Causalem: ut id feci hortatu tuo, per causam

efficientem: corpus uiuit anima, per formalem: construxisti domum quadrato lapide, per materialem: studes discendi gratia, per causam finalem.
Vel Ablatiuum modalem, ut studes magna diligentia. Vel excessus: ut supero te scientia, sum altior te duobus digitis. Vel participij absoluti, aut formæ ipsius: ut hoc actum est Cæsare imperante, uel Cicerone, & Antonio consulibus.
Vel Pretij: ut emi librum duobus aureis. Verba pretij, præter actiua alibi posita, sunt liceo, liceor, licitor, paciscor, prandeo, ceno, metior, habito, consto, sum, sto, uæneo, mercor. Vbi præter illa, quæ alibi dicta sunt de pretio, Notandum est, quod si pretium fuerit explicatum determinatè per numeralia, ut duo, tres, &c. Vel addatur substantiuum, ponitur in ablatiuo, ut emi librum tribus assibus, mea pecunia, magno pretio, &c. Verbis emendi, uendendi, &c. præter illos quatuor genitiuos, tanti, quanti, pluris, & minoris, adduntur isti ablatiui sine substantiuo, magno, paruo, maximo, minimo, multo, plurimo, nimio, uili, caro, paululo, dimidio, duplo, triplo, quadruplo, centuplicato, nummo, dimidio pluris uel minoris, sic multo, duplo, paulo, bis tanto pluris, uel carius, uilius. Item Aduerbia, carè, carius, carissimè, bene, male, gratis, &c.
Nomina autem numerorum, ponderum, & mensurarum cum his uerbis ponuntur in accusatiuo cũ præpositione in: Vel in ablatiuo cum, pro; uel in eo casu, quem postulat ipsum uerbum: ut emi libros tribus denarijs in singulos, l'uno: lanam in centenas libras, il cento: pannum in ulnas singu-

las, il braccio: uel pro singulis libris, uel singulos, supple libros. Et emi libros ternis aureis, idest, singulos tribus aureis. Dicimus etiam locaui domum in menses tres, in annum, per tre mesi, per un'anno, &c.

Aduerbia interrogatiua sunt sex, Vbi, vnde, quà, quò, quorsum, & quousque.

DE IMPERSONALIVM Verborum Constructione.

SIcut omnia verba hactenus pertractata, dicuntur personalia: quia recipiunt suppositum per nominatiuum casum: ita quæ sequuntur, dicuntur impersonalia, si nominatiuo tacito, vel expresso careant: quia nec determinatas personas, nec numeros habent: In quibus tamen plerunque poterit assignari infinitum, vel aggregatum aliquod loco nominatiui.

IMpersonale est duplex: actiuæ vocis in, t, vt interest pænitet; passiuæ vocis in, tur, vt legitur, seruitur.

PRima regula. Impersonale passiuæ vocis formatur ab omnibus verbis, quæ desinũt in, o, & volunt ante se nominatiuum agentem: vt sunt omnia actiua, neutra absoluta, acquisitiua, & transitiua: Atque vel vtrinque absolutè ponitur, vt legitur, pugnatur: vel recipit ante se ablatiuum cum, a, vel, ab, & post se casum sui verbi, si venerit tantum a neutris absolutis, & acquisitiuis: ut a me itur ad scholam, & obeditur tibi: ab alijs

autem absolutè, tantum.

Hanc constructionem sequuntur hæc tria verba, benefit, malefit, & satisfit à neutris acquisitiuis, licet actiuæ uocis: quibus adde etiam fit, sed sine casu posteriori: vt a bonis benefit multis, ut etiam fit a Deo,

Regula secunda continet Hæc tria uerba, Interest, refert, per apartenere, importare, esser'utile, ò interesse: & Est, per esser'ufficio; uolunt ante se uel nominatiuum, tertiæ tantum personæ singularis, & plerumque neutri generis, ut hoc, id, illud quod; Vel iufinitum: Et post se genitiuum, ut neutra possessiua exceptis his primitiuis, mei, tui, sui, nostri, & uestri, quorum loco dicimus cum interest, & refert, mea, tua, sua, nostra, & uestra: & cum est, meum, tuum, suum, nostrum, & uestrum: Infinita uerò regunt semper post se casus sui uerbi: quod si fuerit similium copulatiuũ, ex natura infiniti requiret post se accusatiuum: ut hoc tuum est, uel præceptoris: & tui fratris, uel mea interest esse studiosum, non studiosi, Dicimus etiam hoc tua interest magni, parui, tanti, & quanti & interest ad honorem meum cum accusatiuo inanimato, item multum, plus, magis, minimum, plurimum, &c. Item mea, tua, sua, unius, ipsius, solius, legentis: At nostra, uestra, sua duorum, trium, quatuor, &c. sic paucorum, multorum, & plurium: sed cuiusque nostrum, omnium nostrum, potius quam nostra omnium, aut cuiusque. Quando tamen prædictis pronominibus, aut genitiuis additur aliud nomen, resoluimus per relatiuum hoc modo: Interest tua, qui es iuuenis,

uenis, uel qui uocaris Petrus: aut tua Petre in uocatiuo cum ſecunda tantum perſona. In alijs ſignificationibus ſunt omnino perſonalia: ut reſero tibi hoc, interfui rei diuinæ, & tuæ lectioni. ab urbe ad mare, uel Roma Tibur interſunt ſexdecim millia paſſuum. Inter iuſtitiam, & æquitatem aliquid intereſt.

Tertia continet multa verba, & vult ante ſe vel nominariuum agentem tertiæ perſouæ vtriuſque numeri, vel infinitum; poſt ſe datiuum patientẽ, ut neutra acquiſitiua: vt uirtus placet bonis, quibus diſplicet eſſe vitioſos, uel etiam vitioſis, ſed rarius. Huc redigi poteſt verbum ſubſtantiuum, iunctum nominibus adiectiuis genere neutro in tertijs perſonis tantum ſingularis numeri: ut tibi utile eſt ſtudere artibus ingenuis. ſic opus eſt, fas, & nefas.

Placet, libet, piacere: diſplicet, diſpiacere: licet, eſſer lecito: Conuenit, conuenire: Accidit, euenit, contingit, Accadere: Prodeſt, expedit, conducit, Giouare, eſſer'utile: Obeſt, nocet, Nuocere: Præſtat, eſſer meglio: Vacat, hauer'otio: Reſtat, reſtare: ſufficit, baſtare: Ex his tamen placet, diſplicet, reſtat, prodeſt, obeſt, & nocet, habẽt omnes perſonas: Nec propterea formant imperſonale paſſiuæ vocis: quamuis noceo habeat vtrumque. cõſtat, eſſer manifeſto, & ſic liquet, quod uix iungitur infinito.

Quarta continet quinque verba: & vult ante ſe nominatiuum agentẽ, vel infinitum: poſt ſe accuſatiuum patientem, velut neutra tranſitiua: ut virtus decet bonos, quos delectat bene uiuere. De-

cet, stat bene, ò conuenire: dedecet, disconuenire. Iuuat, giouare: Delectat, dilettare: Oportet, bisognare. Ex quibus Decet, & dedecet habent tantum tertias personas vtriusque numeri: Iuuat, & delectat, habent omnes personas. Oportet potius absolutè ponitur.

QVinta hẽt quatuor verba, & vult ante se nominatiuũ agentẽ tertiæ personæ vtriusq; numeri, uel infinitum: & post se accusatiuum cum', ad, sicut neutra absoluta: vt ad uos pertinet studiũ, uel studere. Pertinet, attinet, spectat, & facit; Apartenere: sed facit, raro infinito iungitur.

SExta cõtinet quinque uerba, quæ dicuntur semper impersonalia, & volũt ante se uel genitiuũ, uel infinitum loco nominatiui agentis, & post se accusatiuum patientem; ut me pœnitet erroris, uel errasse. Pœnitet, pentirsi: Tædet, & piget, rincrescere. Pudet, vergognarsi. Et miseret, hauer misericordia; quod infinito non iungitur.

POstremo sunt quædã uerba seruilia dicta, quia semper iunguntur infinito, & seruiũt illi: modo enim sunt personalia, si iungantur infinito personali, & uolunt ante se nominatiuum agentem, uel patientem, prout uerbum in infinito positum: ut tu incipis amare virtutem, & soles laudari à bonis: Modò sunt impersonalia, si iungantur infinito impersonali, & tunc sequuntur constructionẽ sui infiniti: ut a te debet seruiri Deo, mea potest interesse scire latine; tibi desinit displicere ferre laborem, &c. Omnes autem aliorum verborum difficultates hic repeti possunt: quæ tamen facili negotio superantur, si prius fiat latinum sine his,

deinde

deinde interponatur verbum seruile in eodem tempore, & numero alterius verbi in infinito ponendi: vt tu doceris à me grammaticam, tu incipis doceri à me grammaticam: pigros tædet laboris; pigros solet tędere laboris, &c. Infinitum verbi similium copulatiui cum his vult post se nominatiuum: ut tu debes esse bonus. Incipit, cominciare: desinit, finire, restare, ò cessare. debet, deuere. solet, solere, esser solito. potest, potere. Quibus addi possunt, cępit, q̃t, neq̃t, & cõsueuit.

Quædam impersonalia habent duplex præteritum: vt placuit, & placitum est: libuit, & libitum est: licuit, & licitum est: Tæduit, & pertęsum est: piguit, & pigitum est: puduit, & puditum est: desijt, & desitum est: soluit, & solitum est: cæpit, & cæptum est: incepit non est ita elegans: Miseret habet tantum misertum est.

DE INFINITIS.

INfinitum est verbi modus imperfectus, quia eget alterius verbi, vel æquiualentis coniunctione, a quo pendet, vt perfectum significet sensum: Et dicitur infinitum, quasi indeterminatum, quia non habet certos, ac determinatos numeros, nec personas, nisi resoluatur. Tempora verò quinque habet coniuncta in tribus.

Infinitum personale vult ante se accusatiuum agentem, vel patientem, prout est nominatiuus sui verbi finiti: post se omnes casus sui verbi: vt cupio,

pio, te ſtudere philoſophiæ: mihi placet, iuuenes doceri prudentiam a ſenibus: opinio, te eſſe ſtudioſum, me non fallit. Imperſonale autem vtrinque retinet conſtructionem ſui verbi; vt mihi gratum eſt, à te ſeruiri Deo: ſcio, tua intereſſe, vel te tædere: Tui patris intereſt, te poſſe ſtudere, vel tibi incipere placere ſequi virtutem. At quoties non pendet ab altero verbo, habetque ante ſe nominatiuum, ponitur pro præterito imperfecto indicatiui: vt ego docere, illi doceri, pro docebam, & docebantur; apud hiſtoricos præſertim.

Vt autem facile vtamur infinitis, auferetur vuulgaris particula, che, à præcedenti verbo pendens, & caſus anterior ſequentis verbi infiniti ponetur, vbi requirit infinitum ipſum ſiue perſonale, ſiue imperſonale.

Sin verbum præcedens fuerit vnum ex his, dicor, credor, iudicor, putor, exiſtimor, narror, memoror, feror, trador, prodor, perhibeor, legor, fingor, deprehendor, iubeor, vetor, & ſimilibus; tunc talis caſus regetur frequentius ab his in nominatiuo patiente: vt, ſi dice, che tu hai impedito il mio diſegno, tu diceris impediuiſſe meum conſilium, &c. licet etiam fieri poſſit per imperſonale, vt dicitur, te impediuiſſe meum conſilium: Quod ſemper fiet, ſequente infinito imperſonali: vt creditur, tua intereſſe ſtudere.

His addi poteſt verbum, Videor, per parerere: quod mea quidem ſententia quatuor præcipuè modis conſtruitur. Primò ſi ſequente infinito perſonali adeſt in vulgari expreſſe particula, che, conſtruitur, velut prædicta priori modo: vt, mi par, che tu ſtu-

tu studij, Mihi videris studere. Secundo, si adest occultè, sicut quando in vulgari immediatè iungitur infinito; eadem res erit agens, & patiens: vt, A te par fare il debito tuo, tibi videris fungi officio tuo: Sed cum tertia persona, quod videtur patiens, ponitur in nominatiuo; & additur datiuus, sibi, in vtroque numero: vt ad ognun par d'esser sauio, quisque sibi videtur esse sapiens. Tertio, si sequatur infinitum impersonale: vt mi par, che tu ti penta del tuo errore, dicemus, mihi videor videre, te pænitere tui erroris, vel mihi videris esse pænitens, is, quem pænitet, &c. Quarto, quando significat idem, quod verbum, libet, ponetur impersonaliter, ut mihi ita uisum est facere, idest libuit. Dicere autem cum Cicerone Tusc. v. Non uidetur ad beatè viuendum satis posse virtutem, & similia, hodie videtur inusitatum.

Infinitum uerbi similium copulatiui post supradicta uerba, & ea, quæ immediatè iunguntur infinito, copulat duos nominatiuos: ut nos dicimur esse egeni, tu uideris uiuere contentus tua sorte: tu is appellari nobilis, &c. Iunguntur immediatè infinito, uolo, nolo, malo, cupio, opto, desidero, habeo, spero, molior, nitor, conor, audeo, scio, tento, disco, doceo, propero, gaudeo, paro, studeo, desisto, cesso, statuo, constituo, decerno, & cetera; ut se ru sia personaliter posita.

At cum ijs, quæ post se possunt habere accusatiuum dicitur, uolo, aut cupio esse bonus, uel me esse bonum.

Si autem in uulgari immediatè iungantur infinito

alia

alia uerba, addentur in accusatiuo ferè semper hæc pronomina, me, te, se, nos uos, & se, prout erit persona uerbi finiti: ut Penso d'hauer'inteso, Puto, me intellexisse, &c.

Quoties autem infinitum personale constat duabus uocibus, prior concordat cum accusatiuo, uel nominatiuo anteriore in genere, numero, & casu, quia est participium: ut credo, nos rogatos esse: tu diceris uēturus esse huc: excipe futurum passiuū, ubi adest iri, ut lectum iri; quia tunc est supinum indeclinabile, sicut omnia impersonalia: ut scio, uos rogatum iri a multis.

Quando non reperitur præteritum perfectum in infinitis passiuorum, exponetur per actiuum: sed quando non inuenitur futurum infiniti, ut in omnibus uerbis supino carentibus, & impersonalibus actiue uocis; circumscribitur addendo fore, aut futurum esse ante particulam, che, ipsa uerò particula fit, ut, & uerbū retrahitur ad præsens, uel imperfectum subiunctiui, prout uerbo uiciniori melius conueniet: id quod resoluendo ex uulgari facile cognoscet: ut, credo, che tu studiarai, credo, fore, ut studeas: credeua, che tu fusse per studiare, credebam fore, ut studeres.

Præterea notanda sunt secunda uulgaria trium temporum subiunctiui: nam posterius præteriti imperfecti, & quandoque etiam prius; exponitur rectius per futurum infiniti, aut suppletur per fore, & imperfectum: ut penso, che tu mi fauoriresti, ò pensaua, che mi fauorissi; puto, aut putabā, te mihi futurum esse, uel fore, ut mihi faueres. Secundum plusquam perfecti admittit mistionē

ex futuro, & præterito perfecto, hoc modo: Io giudico, che mi haueresti fauorito; iudico, te mihi fauturum fuisse; uel iudico, futurum fuisse, ut mihi faueres. Secundum autem futuri exponetur per fore, & præteritum perfectum: ut, sò, che domane sarai tornato; scio fore, ut cras redieris.

Verba spero, confido, polliceor, affirmo, & similia, etiam in vulgari præsentis temporis plerunque habent occultam quandam significationem futuri: ut spero di lodarti, idest, spero, che ti loderò; spero me laudaturũ esse te: sed quando utrinque habet accusatiuum, ut euitetur amphibologia, resoluitur rectius in passiuum: ut spero te laudatum iri a me, &c. licet non semper.

Præterea de hac uulgari particula, che, notabis has regulas.

I. Si ponatur post verba voluntatis, facultatis, rogandi, persuadendi, admonendi, impersonalia actiuæ vocis, potest fieri per infinitum, & sępius per ut, & subiunctiuum: ut cupio, doceo, iubeo, oro, hortor, admoneo, mihi placet, gratũ est, te studere. vel vt studeas: huiusmodi sunt. Volo, nolo, malo, impero, dico, edico, cogo, facio, efficio, suadeo, moneo, impello, scribo, mando, præcipio, rogo, peto, flagito, expecto, impetro, exoro, &c.

II. Post verba sensus potest fieri per infinitum, & aliquando etiam per quòd cum indicatiuo, aut subiunctiuo. Cic. ad Att. lib. 10. ep. 4. Cum scripsisset, quòd cuperet, me ad vrbem venire: Idem offi. 1. animaduerto, quòd qui perduellis esset, &c. Idem Fam. lib. 3. ep. 8. An mihi de te putas esse dictum, quòd taurum ipsę transisti? Et aliquando

tacc-

tacetur, quòd, Ter. in And. credo, impetrabo, & alibi. Hanc formam dicendi probaui exemplis, quia negatur à multis. Verba ſenſus ſunt. Video, audio, ſentio, credo; puto, arbitror, exiſtimo, animaduerto, memini, & ſimilia.

III. Similiter vbi, che, ſignificat, perche; vt gaudeo, gratulor; mæreo, doleo, me pænitet; te amiſiſſe tempus, vel quòd amiſiſti, aut amiſeris tempus.

IV. Poſt verba curo, elaboro, efficio, do operam, ponitur, vt; nam dicimus, cura, vt valeas, &c.

V. Poſt Timeo, caueo, vereor, ueto, prohibeo, diſſuadeo, dehortor, repugno, obſto, aduerſor, dicitur, ne; & idem eſt dicere, caue, vt facias, caue facias, & caue, ne facias. at impedio, quò minus, &c.

VI. Poſt verbum, dubito, & nomina nullus, & nemo, ponitur, quin, pro, vt non, vel qui non: ut dubito, quin ſtudeas; nemo eſt, quin ſciat.

VII. Poſt, tantus, talis, is ea id, tot, tam, eiuſmodi, ita, adeo, ſic; vtimur, vt: dicimus enim, adeo ſtudet, & eſt tam diligens, ut diſcat.

VIII. Quando à nomine pendet, fit per qui quæ quod, uel per participium, ſicut patebit ſuo loco: vt Io, che ſtudio, ego, qui ſtudeo, vel ego ſtudens.

IX. Poſt Comparatiua fit, quàm, vt tu es doctior, quàm Petrus, vt infra dicetur.

X. Poſt nomina temporis fit quo, qua, vel cũ: vt ea nocte, qua: decẽ ſunt anni, cũ, vel quando id fuit.

XI. Poſt Aduerbia temporis fit, cum, vel quoniam: vt nunc, cum ſumus otioſi: & hodie, quoniam eſt dies feſtus.

XII. Demum ſi interrogatiuè ponatur, fit per quid: vt che domandi? quid petis? &c.

DE GERVNDIIS.


Erundium est triplex,in di, do, dum: venit ab omnibus verbis personalibus, præter passiua, & formatur à præterito imperfecto indicatiui,mutata,bã,aut, bar, in ndi, ndo, ndum; habetque significationem sui verbi: sed ab actiuis,neutris transitiuis,& communibus sub eadem voce significat actionem,& passionem: vt legendi,di leggere,e di esser letto. arando, arando,& essendo arato. Hortandum ad essortare & ad esser'essortato. Ante se nullum casum regit, post se retinet constructionem sui uerbi, nisi passiuè capiatur: quia tunc ponitur absolutè, uel resoluitur.

Gerundium in, di, est genitiui casus,& ante se iungitur ferè semper nomini substantiuo, & aliquando etiam quibusdam adiectiuis,quæ regunt genitiuum: ut facultas dicendi,ars scribendi,cupidus discendi, &c.

Substantiua frequentiora sunt, causa, gratia, occasio, tempus, locus,commoditas,facultas,potestas,ratio, copia, vtilitas, venia,licentia,libertas,mos,consuetudo, desiderium,consilium,voluntas,cupiditas,auiditas,libido,molestia,cura,otiũ, labor,voluptas, &c.

Item adiectiua sunt,cupidus,auidus, studiosus,peritus,doctus, sciens,gnarus,eruditus,prudens,potens,certus, promptus, consuetus,&c.& cùm his vtimur infinito,loco gerundij more græco:vt cupidus sciendi, vel scire.

QVando autem in vulgari adest, per, fit caussa, gratia,studio, uel consilio, quamuis præcedat alterum substantiuum: ut hò studiato questa scientia per viuer felice,studui huic scientiæ causa uiuendi feliciter, non autem felix, quia si addatur

datur similis casus, non potest fieri gerundium, nec supinum, nec impersonale passiuæ vocis: sed tunc aut nomen vertitur in aduerbium, aut resoluitur per, vt, & subiunctiuum in præsenti, vel imperfecto: vt ego studeo, vt viuam lætus, studebā, ut essem peritus, &c. sicut resoluitur etiam quando passiuè capitur: ut Cic. hæ sunt causæ diligendi grauissimæ, idest, ut diligamur.

Gerundium in, dō, plerunque est ablatiui casus: & ante se aut ponitur absolutè, vt legendo disco: aut cum præpositionibus in, & aliquando, a, ab, de, item, cum, & pro; sed absolutè. Et resoluitur per dum, donec, postquam, si, &c. vt dum lego, disco; & mens discendo alitur, memoria excolendo augetur, idest, dū discitur, atq; si excolitur. Potest etiam esse datiui casus, & tunc regitur à uerbo, vel nomine: vt tu das operam discēdo, & es aptus docendo.

Gerundium in dum, iunctum verbo substantiuo, est casus nominatiui, & necessitatem, seu conuenientiam significat, ac resoluitur per necesse est, debet, aut conuenit: Ante se ponitur absolutè, vel cum datiuo: vt denique moriendum est, idest, necesse est mori; & tibi studendum erat philosophiæ, idest, studere debebas. Aliàs ponitur in accusatiuo, & plerumque cum præpositione, ad, & quandoque cum, ob, & propter, ac resoluitur per vt, & subiunctiuum: vt hic est paratus ad scribendum; & ob iudicandum pecuniam accepit, idest, vt scribat, & vt iudicaret: vel etiam cum inter, & ante, sed rarius; & resoluitur per dum, donec, & antequam: ut inter cenandum, idest, dum cenatur,

tur, uel cenabatur; & ante domandum, idest, antequam dometur, &c. Cum his tamen verbis, loco, conduco, mando, curo, & similibus, ponitur sine præpositione; ut hoc faciendum curabo. Idē si iungatur infinito, esse, tacitè, vel expressè; ut temporibus inseruiendum putaui, &c.

Gerundiuum habens vulgaria, casus, constructionē anteriorem, & resolutionem sui gerundij, variatur per tres voces in vtroque numero, & significat semper passionem: Quarè descendit tantum à verbis actiuis, neutris transitiuis, & communibus; quæ habent post se accusatiuum patientem, qui aptari debet cum gerundio in genere, numero, & eo casu, in quo antea positum fuisset ipsum gerundium. Nullum enim dubium est, quin possit fieri per gerundium, quicquid fit per gerundiuum, licet non econtrario à verbis ad vnicam significationem determinatis: vt petenda est pax, & petendum est pacem; & dicitur lenitas amanda est tibi vel à te, ex Cic. Item causa discendæ grammaticæ, & causa discendi grammaticam: studeo explicando Ciceroni, vel Ciceronem: uado ad audiendas, uel ad audiendum lectiones: in suo cuique tribuendo, & in tribuendo cuique suum. Plerumque tamen longè elegantius erit gerundiuum, prætertim si adsit præpositio, & malus sonus absit: nam euphoniæ contrarium esset, causa legendorum multorum librorum: & idcirco antiqui nec generis, nec numeri ratione habita, casum tantū obseruabant: vt Ter. in prol. Heaut. faciunt copiam spectandi nouarum.

Cum verbo autem significante motum de loco ra-

rissimè vtimur gerundio, aut supino: sed aut nomine, si reperitur, ut redeo à lectione, non à legendo, neque lectu, aut resoluitur per uerbum, idest redeo, postquam legi, uel saltem fiat per gerundiuum, ut Cic. non uideor à defendendis hominibus discedere, licet idem dicat, ipse á dicendo refugisti: Dicit etiam Cicero in part. ad rem docendam, & pro M. Cælio, spoliandæ dignitatis gratia, facta concordantia cum casu ulteriori in huiusmodi tantum uerbis, ubi patiens defuerit.

DE SVPINIS.


Svpinum est duplex, in, um, & in u; ut lectum, à leggere; & lectu, d'esser letto.

Supinum in, um, significat actionem, præterquam à verbis passiuæ tantum significationis, ut gauisum, uapulatum, &c. Ante se iungitur verbo significanti motum ad locum uel expresè, vt vado auditum lectionem: vel tacitè, vt do nuptum, &c. aliàs fieret per gerundium, vt maneo hic ad studendum, ad scribendum, &c. Post se verò vult casus sui verbi. Et quando non inuenitur, resoluitur per vt, & subiunctiuum, vel fit per gerundium: vt vado, vt discam, vel ad dicendú.

Supinum in, u, significat passionem, & de vsu venit tantum à verbis passiuis neutris transitiuis, & communibus: Ante se iungitur nomini adiectiuo, vel his tribus substantiuis, opus, fas, & nefas: Post se ponitur absolutè: Et quando adest ablatiuus agens, resoluitur per vt, & subiunctiuum:

vt mirabile visu, nefas factu, id est, vt videatur, & fiat; vel ad videndum, & faciendum per gerundium in passiua significatione.

DE PARTICIPIIS.



Articipium est pars orationis declinabilis, quæ participat naturam nominis, ac verbi: tum quia recipit genera, & casus a nomine; tempora, & significationes a verbo; numerum, & figuram ab vtroque: Tum quia ante se construitur, vt nomen adiectiuum adhærēs substantiuo præcedenti, & post se habet omnem constructionem sui verbi: tum etiam quia continet in se relatiuum, quandoque etiam antecedēs, ille illa illud, & verbum: vt legentes discunt, idest, illi, qui legunt, discunt. A participando igitur dictum est participium, quasi particapiū.

Participia sunt quatuor, vnum in, ns, vt amans, & legens: alterum in, rus vt lecturus. Tertium in tus, vel sus, vel xus; vt amatus, visus, nexus. Quartum in dus; vt amandus.

In, ns, formatur ab omnibus uerbis, præter passiua, mutata bam, aut bar, præteriti imperfecti indicatiui in, ns; vt amabam, sequebar; amans, & sequens: quod si careant tali syllaba, carebunt etiā hoc participio, vt sum, odi, &c. Ab actiuis, neutris transitiuis, & communibus semper significat actionem: ab alijs retinet significationem sui verbi; vt gaudens, vapulans, passiuam tantum. Et est temporis præsentis, aut præteriti imperfecti,

cum his vulgaribus, legens, il quale legge, ò leggeua, leggente, o leggendo.

In, rus, ab ijsdem uerbis oritur, & eandem habet significationem, vt in, ns: sed formatur a primo supino mutata, m, in, rus; vt lectum, secutum; lecturus, secuturus.

Non seruant formationem, nosciturus, ignosciturus, oriturus, moriturus, arguiturus, ruiturus, spuiturus, pariturus, nasciturus, tuiturus, sonaturus, irasciturus, & cubaturus.

ESTque futuri temporis, cum his vulgaribus, lecturus, che leggerà, da leggere, & essendo per leggere. Et dicitur lecturus es, eras, sei, ò eri per leggere, in omnibus modis, & temporibus, sicut honorandus es, eras, &c. Sæpe etiam significat deliberationem quandam: vt nunquam rediturus abisti, idest, eo animo, vt nunquā redires, &c.

In tus, &c: a passiuis, & neutris transitiuis descendens, semper significat passionem; ab alijs retinet significatianem sui verbi, vt infra dicitur. Formatur ab vltimo supino, addita, s, ut lectu, lectus, & sic visus, & amplexus. Estque temporis præteriti perfecti, vel plusquam perfecti, cum his vulgaribus, lectus, letto, che è stato letto, ò che era stato letto, & essendo stato letto.

A neutris hæc habent participium in tus, in actiua significatione. Titubo, soleo, pateo, placeo, odi, fido, & suesco cum compositis.

In passiua. gauisus, nupta, & factus.

In vtraque iuratus, pransus, potus, cenatus, & ausus.

IN, dus, semper significat passionem, & propterea descendit tantum a verbis passionem illatā significantibus, vt sunt omnia passiua, neutra, transitiua, & communia. Formatur autem a genitiuo

tiuo sui præsentis perticipij mutata,tis,in,dus: vt legens,legentis,tis, in, dus, fit legendus. Et est temporis futuri, cum his vulgaribus, legeudus, che sarà letto, da esser letto, & hauendo à esser letto.

Præterea de participio in,tus,animaduertẽdum est, quòd à deponentibus, & neutropassiuis habet hæc vulgaria: ut secutus, iuratus, seguitato, che hà,ò che haueua seguitato, hauendo seguitato, e poiche hà seguitato: ut tu seguitato lo studio hai acquistato laude, Tu secutus studium acquisiuisti laudem: Item Metello rallegratosi, essendosi rallegrato, poiche s'è rallegrato, & ilquale s'è rallegrato della pace; viue contento della sua fortuna: Metellus,gauisus, uel lætatus pace, viuit sua sorte contentus. Semper enim participiũ concordat cum casu anteriore sui verbi, & prout talis casus est agens,uel patiens, participium significat actionem,uel passionem. Denique à cõmunibus solum participium in,tus, vtranque retinet significationem sui verbi:ut tu hortatus aliquem,& hortatus ab aliquo, cum constructione, & vulgaribus vtriusque significationis.

Hinc facile colligi potest quot participia ab vnoquoque verborum genere descendant: Ab actiuis enim & plerisque neutris duo,in,ns,& in,rus. A passiuis item duo,in tus,&, dus. A deponentibus,& neutropassiuis, tria,ns,tus,& rus. A communibus, & neutris transitiuis,quatuor, ns, rus, tus,& dus. Hinc tamen excipe omnia verba supino carentia,quæ nec in rus, nec in tus, participiũ habent.

Carent autem supinis, cerno, compesco, respuo, lingo, fugo, refello, vrgeo, viso, timeo, metuo, disco, ambigo, linquo, posco. Item neutra, studeo, strideo, sterto, rudo, æstuo, mico, psallo, parco, dego, sculpo, scabo, paueo, horreo, mando, tremo, glisco, luo, volo, luceo, fulgeo, esurio, feruesco; cũ alijs inchoatiuis, &c.

AT quoties participij, & verbi principalis sunt supposita diuersa, tunc participium non habens, vnde regatur, cum suo antecedente ponitur in ablatiuo sine præpositione; & dicitur participium absolutum, siue consequentiæ: ut insegnando il maestro, li scolari imparano; docente magistro, discipuli discunt. Io scritta questa lettera, andai à dormire: Ego scriptis his literis, iui cubitum. Id quod sicut in participio in, ns, &, tus, est frequens; ita in rus rarò, in dus nunquam continget: dicitur enim aliquando, Venturo Cęsare, prædã liquere milites: sed legendis nostris proficies, gerundiuum est, non participium, vt resoluenti patebit. Vtimur etiam participio absolutè sine substantiuo, hoc modo, audito, aduenisse duces, & cognito, quòd sibi insidiæ pararentur, &c. apud bonos auctores.

Huc referri etiam potest quædam forma participij absoluti in nominibus substantiuis: ut per mio consiglio, e mentre sarò maestro io, tu non farai tal cosa: me auctore, & me magistro, id non facies. sic etiam dicitur, Hirtio, & Pansa consulibus pugnatum est: Augusto imperatore, idest, imperante, fuit pax in toto orbe.

Participio uti non possumus duabus de causis: Vna est, quãdo non reperitur, ut in, rus, &, tus, à verbis supino carẽtibus: & ab omnibus impersonalibus,

quæ carent etiam gerundijs, & supinis. Altera est, quando resoluendo relatiuum non cadit in nominatiuum: ut la lettione, insegnata da mè à te, è utile: lectio, quam tu doctus fuisti à me, est utilis, ita bisognante, battente, rallegrante, &c.

Resoluitur autem participium plerunque per relatiuum qui quæ quod, & verbum, seruato tempore: ut legens, qui legit vel legebat: lecturus, qui leget: lectus, qui lectus est, vel lectus fuerat: legendus, qui legetur. Quando autem in vulgari apponuntur articuli, additur ille, & aliquis: ut il temuto rattrista il pentito, & il battuto: Illo, quē timuit aliquis, mæret ille, quem pænituit alicuius rei, & ille, qui vapulauit ab aliquo: ut patet resoluendo in vulgari. Participium absolutum in, ns. resoluitur per dum, donec: vt Cæsare pugnante, idest, dum pugnat, uel pugnabat; & sic positum loco gerundij in, do: ut legens uel legendo disco. i. dum lego. sed in, tus, per postquam & indicatiuum, vel per cum, & subiunctiuum: vt accepto hoc nuncio, idest, postquam acceptum fuit, uel fuerat; vel cum acceptum fuerit uel fuisset: prout melius conueniet uerbo viciniori. Quare huiusmodi resolutiones non seruantur semper, sed variandum est vulgare, & sensus animaduertendus; & sic facile intelligetur, quomodo varijs modis resoluendum sit participium, & cuius sit temporis: nam plerunque sequitur tempus uerbi vicinioris, idest, ad quod refertur: ut accessit pretium pollicens, idest, accessit, & pretium pollicitus fuit: lectis tuis literis ibo in plateam, idest, postquam legero, etiam non seruato tempore: Oriente sole


te sole fit dies, id est, quia sol oritur: nullo prohibente sedeto, id est, si nullus prohibuerit: lex resistente Appio Claudio, tamen lata est, id est, quãuis resisteret.

Postremo participium dicitur transire in nomen tribus modis: Primo mutatione constructionis: ut abundans lactis, amans virtutis, alieni appetens, sui profusus: Secundo mutatione significationis: ut doctus pro perito, diligens pro studioso, apertum pro claro. Tertio amissione temporis: ut honorandus, dignus honoratu, honorari, uel honore: quia non resoluitur per futurum, & relatiuum; sed per nomen, dignus a um: aliàs esset gerundium, vel gerundiuum: & huc referri potest quando mutat significationem, quia reuera tũc amittit etiam tempus. Comparatione autem non vertitur in nomen, quia comparatiuum non formatur à participio, ut tale est: sed quatenus aliqua supradictarum causarum nomen iam factum fuerit. Neque compositione: quia dicitur injuratus, indicta causa, indemnatus, impransus, alia indoctus, insperante, uel insciente me; quorum verba in huiusmodi compositione in vsu non sunt.

Præterea sunt alia quædam nomina participialia, quia à nomine, non à verbo, formantur: & significant ornatum: ut tunicatus, id est, tunica indutus, pileatus, manicantus, loricatus, hastatus, &c. Demum hæc sine origine, quia eorum verba non sunt in vsu: ut præditus, fretus, prægans, & cassus.

DE

DE COMPARATIVIS.


Omparatiuum est nomen adiectiuum, per quod res superans rei superatæ comparata præfertur, positiuique significatio augetur, vel minuitur: quia significat quantum suũ positiuum cum magis, aut minus; in quæ resoluitur: vt doctior, magis doctus, & indoctior, minus doctus, &c. Positiuum est omne illud, a quo formatur comparatiuum, aut superlatiuum: vt est nomen adiectiuum, in quo continetur participium, factum iam nomen, præpositio, & aduerbium.

A nomine formatur a primo casu desinente in, i, addita or, et, us; vt clarus, ri; hic & hæc clarior, & hoc clarius: Amans, tis, ti; amantior, & amãtius, & declinantur omnia, vt doctior, & doctius. Sed quæ habent vocalem ante, us, aut, is; vt pius, tenuis; euphoniæ causa rarò comparatiuum, aut superlatiuum formant: sed resoluuntur; vt tu es magis pius Metello. Excipe item irregularia quædam: vt bonus melior optimus: malus peior pessimus: magnus maior maximus: paruus minor minimus: nequam nequior nequissimus: multũ plus plurimum: parum minus minimum: & composita a dico, facio, volo, & loquor: vt maledicus maledicentior maledicentissimus: magnificus magnificentior magnificentissimus: beneuolus beneuolentior; magniloquus magniloquentior, &c. A quibusdam comparatiuis formantur diminutiua mutata, or, in vsculus la lum; vt longior longiusculus; maior maiusculus, &c. quæ comparatiui

tiui constructionem retinent.

A præpositionibus hæc tantum nouem in, erior, ferè descendunt: vt ante, anterior solum: citra citerior citimus: infra inferior infimus: intra interior intimus: vltra vlterior vltimus: extra exterior extremus, & extimus: post posterior postremus: supra superior supremus: propè propior, proximus. Quidam etiam dicunt, ista fieri a nominibus antiquis, aut ab aduerbijs ex propositione factis, vel carere positiuo.

Ab aduerbijs fiũt: ut sæpe sæpius sæpissimè: diu diutius diutissimè. Item vox comparatiui in, us, transit in aduerbium: vt doctius, vtilius, &c.

Comparatiuum ante se concordat cum suo antecedente, idest, cum re superante in genere, numero, & casu: post se autem exigit ablatiuum sine præpositione rei superatæ: vt tu es doctior Petro, magis pius Antonio: aut aduerbium, quàm, cum eodem casu sequente rei superatæ, qui fuit præcedens rei superantis; quia intelligitur idem verbum: vt tu es doctior, quam Petrus, & magis pius quam Antonius, supple, sit; & noui te diligentiorem, quam Petrum, supple nouerim esse diligentem: tu magis eges consilij, quam pecuniæ, supple egeas.

Sed post aduerbium quàm, dictio negatiua, aut relatiua immediatè non ponitur: dicitur enim Fabius, quo tu es doctior, nemine est solertior; non autem, quam qui, vel quam nemo. Et licet dicatur, tu es melior, quam qui maximè; & nihil est turpius, quam non sequi virtutem: tamen tunc non postponitur immediatè: sed intelligitur interpo-

terpositum alterum verbum, ut resoluenti patet; id est, quam est bonus is, qui est maximè; & quã sit turpe non sequi uirtutem. Potest habere præterea omnes casus sui positiui, & etiam ablatiuũ excessus: vt tu es aptior labori, & altior tribus digitis Petro, vel quam Petrus.

Ad bonam comparationem requiruntur quatuor; res superans, res superata, qualitas conueniens vtrisque, sed superanti magis.

Abusus tribus modis committitur: Primum inter diuersas qualitates, ut nix est albior coruo: Deinde quando non formatur regulariter, nec à partibus supradictis; vt melior, ipsior, neroronior, &c. demum quando significat, quantum suum positiuũ, vt facio te certiorem, idest, certum: aut minus; ut tristior, idest, quasi tristis: aut contrarium; ut mare dulcius, idest, minus amarum.


Quãdo autem dicitur manuum dextera est fortior, non est abusus constructione: quia genitiuus, manuum, non potest esse casus comparatiui, cum teneatur partitiuè, nec sit res superata, sed intelligitur sinistra: sic etiam dicitur, uirtutum nulla est præstantior, quam iustitia, idest, ex uirtutibus, vel inter virtutes. Item Cic. off. 1. omnium rerum nihil est agricultura melius.

Più, e meno, quando significant pondus, vel mensuram, fiunt per plus, & minus cum genitiuo: vt habeo plus farinæ, & minus pecuniæ, quàm tu. Quando autem significant numerum, fiunt per plures, & pauciores: ut habeo plures amicos, & pauciora prædia Francisco.

Iunguntur autem comparatiuis hæc aduerbia in, o;

vt tanto, quantò, aliquantò, multò, paulò, nihilò, eò, quò, longè, & hoc.: ut quò est pulchrior uirtus, eò difficilior.

DE SVPERLATIVIS.


Vperlatiuum est nomen adiectiuũ, quod ad plures sui generis comparatum, præponitur omnibus, & significat quantum maximè cum positiuo: vt fortissimus omnium, id est, maxime fortis omnium: descenditq; ab ijsdem partibus, unde comparatiuum; & à nomine habet tres terminationes: in simus, rimus, & limus.

In, simus, formatur à prima voce desinente in, i, addita, s, & simus: ut clarus, clari, clarissimus, ita amantissimus, &c.

In, rimus, fotmatur à prima voce nominatiui in, r, desinentis, addita, rimus: ut tener, tenerrimus, celer celerrimus, &c.

In limus, sunt tantum sex facillimus, agillimus, gracillimus, humillimus, simillimus, & docillimus, cum compositis. Quæ autem formentur irregulariter, aut à præpositionibus, & aduerbijs, dictum est supra in comparatiuis.

Quando reperiatur alterum sine altero, vel neutrũ, uel utrunque, obseruandum est apud probatos auctores; ut senior, iunior, adolescentior, pijssimus, &c. A superlatiuis fiunt aduerbia à datiuo, muta, o, in, e, ut doctissimo, doctissimè, &c.

Superlatiuum ante se concordat cum re superante; post

post se vult genitiuum pluralem sui generis, vel singularem nominis collectiui, quod in singulari numero multitudinem significat: ut populus, gẽs, plebs, societas, exercitus, ciuitas, respublica, &c. ut Cæsar fuit fortissimus romanorum, uel populi romani: habet etiam quãdoque ablatiuum cum, e, ex, &, in, pro Inter. Item accusatiuum cum inter, & ante, & omnes casus sui positiui.

Intelligitur esse eiusdem generis, quando res superãs continetur in superata: ut Cicero fuit eloquẽtissimus oratorum, quia fuit orator; non autem oratorum græcorum; quia non comprehenditur inter oratores græcos: potest ante se conuenire etiam cum sequente: vt rosa est gratissima, vel gratissimus, florum, supple flos.

Tria demum nos impediunt, quò minus vtamur superlatiuo: primum, quando res superata est numeri singularis voce, ac sensu: non enim dicitur, Cæsar fuit fortissimus Pompeij: Deinde, & ferè semper, quando non sunt eiusdem generis, vt supra: & his duobus modis non potest exponi per maximè, & positiuum: sed dicetur, Cæsar fuit longè fortior, vel multò magis strenuus Pompeio, uel quam Pompeius; & Plato fuit longe doctior romanis, &c. quia comparatiuum refertur tam ad vnum, quam ad plures; tam sui, quam diuersi generis. Tertiò, quando non potest formari, & tunc exponitur per maximè, & positiuum, sicut quando absolutè ponitur: vt iustitia est maximè necessaria omnium virtutum. Dicitur etiam per aduerbia, tu maximè omnium studes. Vtimur etiam superlatiuo cum vulgari comparatiui, quando præponi-

ponitur omnibus; ut Tu sei il più dotto homo del mondo, Tu es omnium doctissimus, vel doctior, quam qui maximè, & imiti li più sauij de i greci, imitaris sapientissimos græcorum, &c.

Hæc pronomina, meus, tuus, suus, noster, & vester: item alius, reliquus, & ceteri, plerunque impediunt superlatiuum, quia non refertur ad suum genus: ut tu es doctissimus cōdiscipulorum, quia es vnus ex condiscipulis: non autem tuorum condiscipulorum, quia non es tuus condiscipulus. sed tu es doctissimus meorum discipulorū rectè dicitur, si es meus discipulus. licet quandoque inueniatur superlatiuum, etiam si referatur ad plures diuersi generis: vt Cic. pro domo sua, loquens de Clodio, ait, hoc ministro omnium non bipedum solum, sed quadrupedum impurissimo remp. perdidisti; Et alibi; atque Mart. dixit, Optimus malorum.

Superlatiuo iungi potest aduerbium longè, & quandoque multò, tantò, & quantò: sæpè etiam, quàm; sed cum hoc post se ponitur absolutè: vt iustitia est quam vtilissima. Item doctissimus quisque, nō omnis doctissimus. Committitur denique abusus sicut in comparatiuis: vt pijssimus, Plautissimus, &c.

DE RELATIVIS.


Relatiuum est nomen adiectiuum, quod rem ante latam refert iterum; & est duplex, id est, substantiæ, & accidentis.

Relatiuum substantiæ est, quod refert antecedens

cedens

cedens substantiuum: estque item duplex: alterū dicitur identitatis, quia refert idem; ut qui, ille ipse, iste, hic, is, idem, sui, & suus: quæ conueniunt cum antecedente; præter, suus, cum sequente: ut amat filias suas. At qui quæ quod, inter duo substantiua potest concordare cum vtrolibet, sed cū proprio nomine sæpius: ut Sal. est locus in carcere, quod tullianum appellatur, &c. Alterum dicitur diuersitatis, quia refert rem genere, aut specie logica diuersam, & sequenti substantiuo adhæret; vt alius, alter, reliquus, & ceteri: ut fugio leonem, & alia animalia; vbi significo leonē esse animal, sed ab alijs diuersum.

Relatiuum accidentis refert antecedens adiectiuū, & sequenti substantiuo adhæret; & sunt sex, qualis, quantus, quot, quotus, cuius, & cuias: quorum loco potest etiam poni, ut, sicut, &c.

Qualis respondet propriè antecedenti, talis, & etiā adiectiuis qualitatis: vt bonus, malus, albus, niger, diues, pauper, sapiens, stultus, doctus, ignarus, dulcis, amarus, leuis, asper, humidus, siccus, acutus, &c. ut sum talis, qualis es tu: & sapiens es, qualis nemo fuit: es niger, ut, uel qualis æthiops. Item interrogatiuè, ut qualis est Cicero? & infinitè, vt nescio, qualis sit. & dicitur etiam, ij, qui, idest, tales, quales.

Quantus refert, tantus, & adiectiua quantitatis continuę: vt Magnus, paruus, breuis, angustus, gracilis, profundus, longus, latus, altus, crassus, &c. ut sum tantus, quantus est Petrus: & sum longus, vt tu, uel quantus es tu. Et quanta est syllaba? breuis, uel longa. Et nescio, quanta sit.

Quot refert,tot,& adiectiua quantitatis discretæ & absolutæ,vt duo,tres,&c.ut habeo tot,uel decem libros,quot, uel vt tu. & sic per aduerbia, ut legi toties,bis, ter, decies, quoties tu. Item quot annos natus es? duos de uiginti: & nescio quot annos habeas.

Quotus refert numeralia ordinis,vt primus, secundus,&c.ut cenaui hora tertia,quota tu, uel vt tu. Et quota hora uenisti? decima. Et nescio quotus sedeas in conuiuio. Item quotusquisque est, idest,quot,vel quam pauci.

Cuius cuia cuium refert nomina, vel pronomina possessiua:ut hic liber est Petri, uel meus, ut, uel cuia est uestris. Et cuia est ancilla?Petri,uel mea. Et nescio cuium sit hoc pecus: licet usitatius dicatur,cuius,& in plurali,quorum, uel quarum.

Cuias refert nomina patriæ,nationis, uel sectæ: ut Romanus,Perusinus, Senensis, Tifernas: Italus, Gallus, Hispanus: Peripateticus, Academicus, stoicus, &c. vt sum Romanus Italus, peripateticus,ut,uel cuias es tu. Et cuias es? Florentinus, stoicus. Et nescio cuiatem se esse dicat.


Sequentibus uerò non subiunguntur relatiua,sed solum,ut,uel sicut. Dicitur enim eunt singuli, bini, ut boues: non autem quoteni. Item terni,quaterni,quini,seni,septeni,octoni, noueni, deni, uiceni, triceni,quadrageni, quinquageni,centeni,millleni. & dicimus. diuisit militibus centenos aureos idest,centum singulis.

Biennis, triennis usque ad decennis. Item bimus, trimus, & quadrimus tantum; ut, & non quotennis.

Duplex,

Duplex, triplex, &c. ut, & non quotuplex. Ita duplum, triplum, &c. vt, & non quotuplum.

DE PATRONYMICIS.



Atronymicum eſt nomẽ ſubſtantiuũ, quod propriè fit à proprijs patrum, vel auorum nominibus; & ſignificat filium, vel nepotem: & ſæpius per antonomaſiam: vt Hector priamides, ideſt, Priami filius: & Aeacides, ideſt, Achilles Aeäci nepos.

Formatur ferè ſecundum formam græcã, & eſt proprium poetarum; nec ab omnibus proprijs eſt in vſu. In ſoluta oratione eius loco utimur poſſeſſiuis: vt Scipio Aemilianus, Aiax Telamonius, &c.

Patronymica uel ſunt generis maſculini, vel fæminini.

Maſculina omnia deſinunt in, des, & in prima declinatione formantur ferè a genitiuó, mutato, e, in, a, & addita des, vt Aeneæ, Aeneades. Aliqua tamen interponunt, i, ante, a, vt Anchiſiades, Laertiades. In ſecunda, & tertia formantur a primo caſu deſinente in, i, addita, des, vt Priamides, Hectorides. Sed quando genitiuus deſinit in duo, ij, poſterius vertitur in, a, vt Menetij Menetiades. Quando autem deſinit in, ei, a nominatiuo in, eus, diphthongum; mutatur, ei, in, i, longum: vt Theſeus, ei, Theſides, Aenides, &c. In tertia verò aliqua addunt, a, ante, des, ut Laomendotiades, Atlantiades, Phaetontiades, Amphitrioniades: licet etiam dicatur Atlantides, &c. Declinantur

nantur autem prædicta omnia in prima declinatione, hoc modo, nominatiuo, des, dæ, dæ, den, de, de. Plurali dæ, darum, dis, das, dæ, dis.

Fæminina desinunt in, is, as, & ne; & duo priora formātur a masculino remota, de; vt Priamides, Priamis, idest, Priami filia. Sic Anchiliades, Anchisias: sed à nominibus in, eus, retinent, ei, integram: vt Nereis, Aeneis: & sunt tertiæ declinationis: vt nominatiuo is vel as, dis vel dos, di, dem vel da, is vel as, de. Plurali des, dum, dibus, des vel das, des, dibus. In, ne, formatur a genitiuo primitiui hoc modo, si desinit in, i, solum, additur, ne; vt Adrasti, Adrastine; si in, ei, mutatur in, i, longum: vt Nerei, Nerine: si in duo, ij, posterius mutatur in, o, vt Acrisij, Acrisione. Et est primæ declinationis: vt Nominatiuo, ne, nes, ne, nen, ne. Plurali næ, narum, nis, nas, næ, nis.

Descendunt præterea minus propriè quandoque a matribus, ut Maiades; A fratribus, vt Phaetontias: a regibus, vt Cecropidæ: a conditoribus vrbium, vt Romulides: A maritis, vt Menelais: A filijs, vt Meleagris: Ab vrbibus, vt colchis. A regionibus, & insulis: vt Thessalis, sicelis: A ducibus, vt Aeneades: A montibus, fontibus, & fluminibus: ut Parnassis, Heliconias, & tiberinis: Et significat etiam historiam, vel fabulam, vt Aeneis, Ilias, id est, Historia Aeneæ, vel alij.


Igura est arte aliqua nouata dicendi forma; necessitatis, vel ornatus gratia per missa: quæ tamen auctoritate, vetustate, consuetudine, vel ratione defenditur. Estque aut in sensu, & sic dicitur figura locutionis, pertinens ad poetas, siue oratores: Aut in verbis; & sic erit duplex: si enim respiciat vnicam dictionem, est figura dictionis, & dicitur barbarismus, ac spectat ad poetas potissimum; si autem respiciat plures dictiones per constructionem coniunctas, dicitur figura constructionis, conficit solæcismum, & spectat ad grammaticos. Et huiusmodi figuræ constructionis sunt octo.

Figuræ constructionis, quæ sunt. VIII.

Appositio est, quando continuantur duo substãtiua eodem casu sine copula; quamuis essent genere, numeròue diuersa: vt Italia, prouincia Europæ: animal, leo, vel leo, animal: Athenæ, vrbs nobilissima. Licet post nomina vrbium aduerbialiter posita, fiat appositio in diuerso etiam casu: vt Cic. pro Archia, natus est Antiochiæ, loco nobili, & celebri quondam vrbe: Idem Philip. 4. Albæ, in vrbe oportuna; addita præpositione.

Antiptosis est, quando ponitur casus pro casu: vt it clamor cælo, pro, ad cælum: populo vt placerent, quas fecisset fabulas, pro fabulæ: quas accepi litteras; gratissimæ fuerunt, idest, litteræ.

Euocatio est, quando pronomini primæ, aut secun-

dæ personæ, tertia immediatè iungitur: vt ego magister doceo, tu Petrus scribis.

Synechdoche est, quando ponitur pars pro toto, vel contra: vt puppis pro naui; vel fons pro aqua. Itẽ singularis pro plurali: vt armato milite complet, pro militibus. Item accusatiuus post nomen adiectiuum, verbum, participiumue passiuæ significationis: vt albus dentes, idest, secundum dentes, læditur pedem, laniata capillos, idest, laniatis capillis: cetera lætus.

Synthesis est, quando spectatur sensus, & non vox: vt pars in frustra secant, turba ruunt: vbi est scelus, qui me perdidit? Cicero, & Antonius collegę fuerunt.

Zeugma fit tribus modis. A priori, quando verbum præponitur; vt sunt nobis castaneæ molles, & pressi copia lactis. A posteriori, quando postponitur: vt ego & tu scripsisti. A medio, quando interponitur: vt mater casta est, & filiæ. In hac enim verbum respõdet viciniori, sicut in syllepsi digniori.

Syllepsis est, quando à persona, genere, aut numero digniori concipitur indignius: vt ego, & tu legimus, vel tu mecum legimus cum obliquo: rex & regina iusti: & nil, nisi carmina desunt.

Prolepsis est vel explicita, vbi verbum toti respondet: vt amici nostri initiati sunt, alter legibus, alter medicina. Vel est implicita, vbi respondet parti: vt hominum alius est diues, alius pauper: & alter alterius onera portare.

Figuræ dictionis quæ sunt. XV.

PRosthesis est, quæ initio litteram, vel syllabam addit: vt gnatus, cõclamat; pro natus, & clamat.

Aphe-

Aphæresis eandem aufert: vt temno, pro contemno.
Syncope syllabam de medio tollit: vt nosti, pro nouisti.
Epenthesis addit eandem: vt induperator, pro imperator.
Apocope eam de fine amouet: vt dic, peculi; pro dice, & peculij.
Paragoge addit eandem, vt dicier, pro dici.
Diæresis est solutio vnius syllabæ in duas, vt aulaï syluæ trium syllabarum, pro aulę, & syluę duarũ.
Synæresis est contractio duarum in vnam: vt Phaeton bisyllabum.
Antithesis ponit litteram pro littera, vt olli, pro illi.
Metathesis transponit litteras: ut tymbre, pro tymber.
Tmesis diuidit dictionem: ut septẽ subiecta trioni, pro septentrioni.
Ectasis uel diastole producit syllabam natura breuem, ut Italiam, prima longa.
Systole corripit natura longam: vt steterunt p.c.
Synalæphe elidit vocalem finis ob sequentem uocalem subsequentis dictionis: ut ill'ego, pro ille ego.
Ecthlipsis aufert m, finalem cum uocali præcedẽte ob uocalem in principio item subsequentis dictionis: ut mult' ille, pro multum ille.

Figuræ locutionis frequentiores sunt hæ.

ANtiphrasis: ut parcæ, quia nemini parcant.
Antonomasia: ut Orator, poeta; pro Cicerone, & Virgilio.

Aposiopesis: ut quos ego: sed motos præstat componere fluctus.

Catachresis: ut paricida, pro interfectore.

Ecclipsis: ut uerbum unum caue de nuptijs, idest, dicas.

Metaphora: ut classique immittit habenas.

Metonymia; ut pateras libate Ioui. Et sine Cerere, & Baccho.

Periphrasis: ut diuum, atque hominum rex, id est, Iuppiter.

Prosopopeia, quando tribuitur sermo rei inanimatæ, uel cũ ea loquimur: ut nunc aror ab improbis colonis; ò mare ardeo.

Sunt præter has aliæ per multæ: sed passim apud poetas, & oratores obseruandæ.

Altera figurarum diuisio.

POssunt etiam distingui figuræ ex quatuor partibus, seu officijs, seu finibus grammatici: uidelicet ex Orthographia, idest, recta scriptura; Prosodia, idest, recta pronunciatione: Etymologia, idest, explicatione, qua de causa quæque ita fuerint nominata: Sintaxi, uel constructione: idest, recta partium inter se dispositione.

Figuræ igitur orthographiæ sunt priores undecim dictionis, ut prostesis, Apheresis, &c.

Figuræ prosodiæ sunt quatuor reliquæ dictionis: ut ectasis, systole, synalæphe, & ecthlipsis.

Figuræ sintaxis ratione nominis sunt quatuor, Appositio, Antiptosis, Euocatio, & sinechdoche. Ratione uerbi, reliquæ quatuor, synthesis, zeugma,

ma, syllepsis, & prolepsis, de quibus supra.
Figuræ etymologiæ sunt quinque.
Antimeria, quoties una pars orationis pro alia ponitur: ut facto opus est, idest facere: malùm, nefas, pro interiectionibus.
Metallage, quando uox materialiter sumitur, ut illud uale, abs est præpositio, &c.
Enallage, quæ latissimè patet, est quando uicissim ponitur nomen pro nomine, uerbum pro uerbo, & sic de alijs partibus. Item numerus pro numero, genus pro genere, casus pro casu, modus pro modo, tempus pro tempore, ut bonum pro melius, & contra, quinos pro quinque, sexcenta pro quolibet numero, uerbum actiuum pro passiuo, &c.
Hellenismus, vel græcismus, ut familias pro familię, & similia græce declinata.
Harchaismus, quando usurpamus antiquas uoces, ut aulai pro aulæ, mis pro mei, hibus pro his, &c.
Figuræ communes omnibus partibus orationis, & ad constructionem pertinentes sunt quatuor.
Eclipsis, quando aliquid deest, & latissimè patet, ut uos qui tandem? supple estis, quid multa? supple dicam, &c.
Pleonasmus, quando aliquid superest, ut dies erat, quo die: tabulæ repertæ sunt, quibus in tabulis: uidi oculis; audiui auribus, &c. Et hæc in coniunctionibus dicitur polysyndeton: ut frigore, & fame, ac siti, & uigilijs perferendis.
Hellenismus est constructio græca: ut abstineto ira rum, uado legere.
Harchaismus est antiqua, & inusitata constructio:

ut ita uobis decet, idest, uos, &c.

Restat nunc, ut sigillatim, & quambreuissime agatur de constructione octo partium orationis.

DE CONSTRVCTIONE octo partium orationis.

Et primum de Constructione Nominis.

Cum Genitiuo.

NOmina substantiua possessionem, pondus, numerum, uel mensuram significantia, regunt post se genitiuum: ut liber Petri, libra carnis, par amicorum, modius salis. His adde verbalia in tor, trix, sor, us, et, io: quamuis quandoque aliqua habeant casum sui uerbi; ut fautrix mihi, reditio domum, &c.

Item adiectiua substantiuè posita genere neutro, casu nominatiuo, & accusatiuo solum: ut tantum, quantum, multum, plus, plurimum, minus, minimum, summum, extremum, vltimum, & postremum: ut tantum cibi, minus potionis: & legimus quandoque abdita rerum, occulta saltuum, strata uiarum, incerta fortunæ, angusta uiarum.

Tertio nomina participialia: ut alieni appetens, lapsus animi. Itē adiectiua uerbalia, in ax, ius, idus, & osus: ut capax, dubius, prouidus, & curiosus alicuius rei.

Quarto hæc Adiectiua cū suis contrarijs; videlicet,

Co-

Copiæ, ut diues, largus, benignus, liberalis, plenus, prodigus, fæcundus, refertus, fertilis: pauper, egenus, inops, indigus, parcus, sterilis, nudus, vacuus, truncus; Ex quibus aliqua possunt habere ablatiuum, vt dicitur infra, suo loco. Communicationis: vt consors, exsors, compos, impos, communis, immunis, insolens, insuetus, particeps, expers. Notitiæ, vt doctus, indoctus, gnarus, ignarus, rudis, callidus, prudens, imprudens, nescius, inscius, securus, certus, incertus, peritus, præsagus, memor, immemor. Culpæ, vt reus, innocens, integer, purus, insons; & dicitur reus alicuius rei, uel de aliqua re. Perturbationis, & desiderij, vt anxius, timidus, cupidus, auidus, studiosus; & dicitur etiam anxius vicem illius.

Cum Genitiuo vel Datiuo.

NOmina similitudinis, dissimilitudinis, amicitiæ, inimicitiæ, affinitatis, & vicinitatis, regunt genitiuum, vel datiuum: ut similis tui, uel tibi, tam moribus, quam forma, indifferenter; Amicus, affinis, vicinus, Petri, & Petro. Item proprius, communis, & conscius.

Cum Genitiuo vel Ablatiuo.

SVbstantiua, quæ ad laudem, vel vituperium referuntur, regunt genitiuum, vel ablatiuum: vt vir singularis ingenij; & acri vir ingenio.

Regunt autem genitiuum pluralem, aut singularem nominis collectiui; item ablatiuum cum de, e, ex,

aut

aut accusatiuum cum, inter, vel ablatiuum cum, in, pro inter; tam superlatiua de quibus alibi dictũ est; quàm partitiua: qualia p̃cipuè sunt, alius, aliquis, alter, alteruter, neuter, nemo, nullus, quis, quidam, quilibet, quiuis, quicumque, quispiam, quisquis, quisque, quisquam, vllus, solus, vnusquisque, vter, vterque, vtercumque, vteruis, vterlibet: ut fortissimus, vel aliquis, hominum; ex hominibus, inter homines, vel in hominibus. His adde numeralia, ut unus, duo, tres, decem, &c. Item primus, secundus, tertius, &c. Adde etiam omnia adiectiua, quando partitionem significãt: vt multæ istarum arborum, singuli vestrum, Macedonum ferè omnes, cum paucis amicorũ, princeps philosophorum, lanarum nigræ nullum colorem bibunt, canũ degeneres caudam sub aluũ reflectunt, quadrupedum talpis visus non est, elephantorum indici maiores sunt afris, scipionum superior, iuuenum maior, idest, alter natu maior; sic manuum fortior destra, &c.

Cum Datiuo.

NOmina commodi, voluptatis, gratiæ, fauoris, fidelitatis, æqualitatis, & facilitatis, cum cõtrarijs postulant datiuum: ut salutaris, perniciosus; iucundus, molestus; gratus, inuisus; propitius, infestus; fidus, infidus; par, impar; facile, graue; &c. vt impar tanto oneri, mihi gratus, tibi facilis. Item concolor, conterminus, supplex, obuius, obnoxius, absonus, peruius: & verbalia in, bilis, vt amabilis, optabilis: & aliqua compo

sita a, con, ut concors, confinis, consentaneus.

Cum Datiuo vel Accusatiuo, cum, ad.

ACcõmodatus, aptus, appositus, idoneus, habilis, vtilis, inutilis, natus, huic rei, vel ad hanc rem dicimus: ita procliuis, propensus, promptus, paratus.

Adiectiua mensuræ generalis, ut longus, altus, latus, profundus, crassus, volunt accusatiuum, uel ablatiuum sine præpositione; & quandoque genitiuum determinatæ mensuræ, vt digitus, pes, &c. vt altus tres pedes, vlnas, passus; uel tribus pedibus: aut etiam trium pedum, &c.

Cum Ablatiuo sine præpositione.

ABlatiuum sine præpositione regunt, extorris, nudus, dignus, contentus, inanis, refertus, inops, locuples, onustus, plenus, cassus, diues, potens, fretus, vacuus, captus, præditus, orbus, indignus, uiduus: Ex quibus aliqua possunt habere genitiuum, ut plenus uino, uel uini, dignus gloria, & gloriæ: ita diues, inops, & alia, ut supra. Ita etiam construuntur comparatiua, vt dictum est suo loco. Sed cum hoc nomine, opus, uel interdum, usus, pro opus; dicitur mihi opus sunt libri; arte tua, huius rei; & antiquitus etiam, hanc rem. & opus est facto, uel facere.

Cum Ablatiuo sine præpositione, vel Genitiuo vel Accusatiuo.

PLeraque adiectiua possunt habere ablatiuum laudis, vituperij, aut partis: ut uirtute, vel ui-


tijs

tijs insignis, nobilis, &c. eger pedibus, crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine læsus. Et potest dici, tu es acer ingenio, & acris ingenij: sed acri ingenio, nigro ore, &c. est magis oratorium. Hic notandum est, quod ablatiuus partis apud poetas in accusatiuum sæpe mutatur, aut per synechdochen, aut more græco: vt os, humerosq; Deo similis, cetera lætus, albus dentes, sacra comã, idest, secundum dentes, comam, &c. Ita etiam dicitur, id genus alia, pro eius generis: non sum id nescius, pro eius rei: & quid tibi hanc rem curatio est, pro huius rei: id anus, pro ea anus, &c.

Cum Ablatiuo, cum a, vel, ab.

Regunt plerunque ablatiuum cum, a, uel ab, adiectiua diuersitatis: vt diuersus, alienus ab aliqua re. Item numeralia ordinis; ut secundus, tertius a Romulo, a rege potentia secundus. His adde tutus, securus, liber, uacuus, nudus, purus, inops, orbus, extorris, &c. quæ possunt etiam aliter construi, ut supra dictum est.

DE COMPENDIARIA Verbi Constructione.



Omne verbum finiti modi poscit ante se nominatiuum eiusdem personæ, ac numeri, agentem, vel patientem, expressum, vel tacitum: vt exempla mouent, virtus amatur.

Cu-

Cuius loco interdum habet infinitum, vel aggregatum: vt scire tuum nihil est, Virtus est vitium fugere; mihi placet studere, vel ut studeas, &c. cum his quinque pęnitet tędet, miseret, piget, & pudet, dici potest, poni genitiuum etiam loco nominatiui: vt laboris vel laborare tędet ignauos: Tacetur sæpe in primis & secundis personis: ut lego, legis, legimus, legitis. Item in pluit, lucescit, licet, &c.

Omne verbum, præsertim substantiuum, vocatiuũ, & absolutum, potest copulare duos nominatiuos: ut ira est furor breuis, hic vocatur Petrus, dormit securus, vel securè, discit inuitus, &c.

Verbis imperatiuis secundæ personæ additur vocatiuus loco nominatiui: ut tu ne cede malis; puer ne crede colori.

Verba memoriæ, & obliuionis petunt post se genitiuum, vel accusatiuũ: vt memini, vel obliuiscor huius rei, & hanc rem.

Verba accusandi, damnandi, & absoluendi, regunt genitiuum, vel ablatiuum cum, de; vt arguam te sceleris, vel de scelere. Cic. absolutus es improbitatis, &c.

Verba vendendi, & emendi habent hos genitiuos tanti quanti, quantiuis, quanticunque pluris, & minoris: sed præter hos verba æstimandi habent magni, parui, plurimi, maximi, minimi, nihili, flocci, nauci, pili, huius. Pretium verò ponitur in ablatiuo, vt alibi dictum est. Sed valeo reperitur cum accusatiuo, vel ablatiuo: ut denarius valet decem asses, vel decem assibus.

Interest, & refert in tertijs tantum personis singula-

ribus

ribus ponuntur cum his genitiuis, tanti, quanti, magni & parui, & cum multis aduerbijs, ut multum, plus, magis, minus, &c.

Verba copiæ, & inopiæ regunt genitiuum, & sæpius ablatiuum sine præpositione; vt impleo, careo, egeo, abundo, &c.

Verba molestiæ, aut ægritudinis poscunt genitiuũ, vel ablatiuum: ut pendeo, angor, animi, vel animo: sed misereor, cum genitiuo solum: at miseror cum accusatiuo.

Post verbum substantiuum ponimus genitiuũ personæ, quando significamus possessionem, vel proprietatem: ut hic liber est Petri, boni pastoris est tondere pecus, non deglubere, non est sapientis dicere, non putaram: Ponimus genitiuum, vel ablatiuum rei, quando formam, aut qualitatem in aliquo demonstramus: vt est quantiuis pretij, nullius consilij sum, erat tenuissima valetudine. Idem etiam tacito verbo; ut homo omnium horarum, antiqua uirtute, & fide, &c.

Nomina vrbiũ post verba quietis, si fuerint primæ, aut secundæ declinationis, ponuntur in genitiuo: vt fui Romæ, Tiferni; item domi, humi, belli, militiæ.

Omnia verba, quibus inest quædam significatio concedendi: ut dandi, committendi, obsequendi, aduersandi. Item iubendi, significandi, confitendi, irascendi. Item licet, accidit, libet, &c. regunt datiuum personæ, vel rei: ut dabo tibi librum, viuit sibi, prodest omnibus, hoc licet nobis, &c.

Verba composita ab ante, post, inter, ad, ob, in, sub, præ, de, re, & cum, petũt plerunque datiuum post

uel vltra: ut antepono, posthabeo, interpono, adiungo, obsto, immineo, subuenio, præfero, dedo, repugno, consentio. Ex compositis ab ante, &, præ, nonnulla poscunt etiam accusatiuum in eadem significatione: ut antecedo, anteeo, præeo, antecello, præcurro, præuerto, præuenio, te, & tibi aliqua re.

Verbum substantiuum, & verba dandi construuntur quandoque cum duobus datiuis: vt hoc est mihi curæ; misit, aut reliquit nobis milites subsidio, vel præsidio: Tu tibi id laudi, uel vitio ducis, tribuis, vertis. Item dedi tibi librum dono. Sum pro habeo, vult nominatiuum, & datiuũ: vt sunt nobis mitia poma, eris mihi magnus Apollo. Itē cum duobus datiuis: ut mihi est nomen Paulo, vel Pauli, Tibi est cognomen Fabio, &c.

Omnia verba actiua. Item, Neutra & deponentia transitiua, postulant post se accusatiuum: ut spernit voluptates, uiuit bacchanalia, arat terram, sequitur virtutem.

Actiuorum quædam volunt duos accusatiuos: alterum personæ, alterum rei: ut Te vnum illud moneo, pacem te poscimus omnes: cum aliquibus accusatiuus personæ mutatur in datiuum: vt induit sibi torquem, humero exuit ensem. Et accusatiuus rei aliquando vertitur in ablatiuum cum, de, vt docuit me de cęde fratris, Te maximis de rebus cælauit.

Nomina temporis continui ponuntur in accusatiuo: vt duas horas simul fuimus, abfuit tres annos.

Nomina vrbium propria cum verbis motum ad locum significantibus ponuntur in accusatiuo: ut

vado

vado Romam, noctuas fers Athenas. Ita domum, & rus sine præpositione. Idem dicas de motu versus locum, & vsque ad locum, cum versus postposita, & vsque præposita vel postposita, vt uado Romam versus, &c.

Nomina spatij cum verbis absolutis ponuntur in accusatiuo: ut abest iter vnius diei, tria milia-ria, &c.

Verba decet, dedecet, iuuat, & delecta t, ante se volunt infinitum, uel nominatiuum, post se accusatiuum: ut bonos decet beneuiuere, & virtus decet omnes.

Verba pænitet, tædet, miseret, piget, & pudet volũt ante se infinitum uel genitiuum, & post se accusatiuum: vt me pænitet errasse, vel erroris.

Omne verbum potest habere ablatiuum instrumentalem, causalem, modalem, excessus, & pretij; ut alibi dictum est: ut percussisti illum gladio, uino forma perit, & nostris peccatis in hanc ærumnam incidimus, potius quam propter nostra peccata, studes magna diligentia, est altior Petro duobus digitis, emisti librum duabus drachmis.

Tempus discretum ponitur in ablatiuo: ut nemo sapit omnibus horis, scripsi ad te superioribus diebus.

Nomina vrbium propria cum verbis significãtibus motum de loco, per locum, & etiam statum in loco si sint tertiæ declinationis, uel tantum pluraliter declinata ponuntur in ablatiuo sine præpositione: vt discessit Roma, domo rure, transiuit Viterbio, & manet senis, vel Tybure.

Verba expellendi, auferendi, abstinendi, & distandi uo-

volunt ablatiuum cum præpositione, ab, vel sine: vt eripe me ab his, vel his malis.

Vtor, fruor, fungor cum compositis. Item potior, vescor, nitor, viuo, victito, & gaudeo, lætor, petũt post se ablatiuum sine præpositione: vt utor tuo consilio, functus sum officio veri amici: & dicitur etiam, in te nititur salus nostra.

Passiua, Neutra passiua, & impersonalia passiuæ vocis, volunt post se ablatiuum cum, a, uel, ab; aliquando sine præpositione; & aliquando mutant illum in datiuum: ut virtus desideratur ab omnibus, hoc factum est abs te; moueor tuis precibus, & nulli exaudita deorum, idest, à nullo. Virg.

DE PARTICIPIIS.


Articipium ante se adhæret anteceděti suo agenti, vel patienti, prout est significatio Verbi; ut dictum est suo loco: post se omnes casus sui verbi; sicut infinita, gerundia, & supina.

DE PRONOMINIS Constructione.

PRonomina sunt decem & septem: quorũ nouem sunt primitiua, ego, tu, sui, ille, ipse, iste, hic, is, & qui: & octo sunt deriuatiua, meus, tuus, suus, noster, vester, nostras, vestras, & idem. Ex quibus demonstrati-

ua substantiuè posita regunt post se genitiuum: vt illud argenti: istuc hominis, pro iste homo: hoc litterarum dedi: id temporis: cum id ætatis sim: quod auri fuit; quid affers noui: aliquid boni. quandoque etiam in ablatiuo: ut res est eodem loci, quo reliquisti. Itē dicitur peripatetici quondam ijdem erant, qui academici: potiusquā cum academicis. Et Hor. Inuitum qui seruat, idem facit occidenti, cum datiuo.

Possessiua, meus, tuus, suus, noster, & uester, loco genitiuorum, mis, tis, sis, nostrum, & uestrum, actiuè posita possunt habere genitiuum: ut tuum hominis simplicis pectus uidimus: solius meum peccatum corrigi non potest: tuum studium adolescentis perspexi: mea scripta timentis: uirtutem tuam rogati, & armati: iudicium tuum uiri eruditissimi: & hæc ex probatis auctoribus: quamuis ex Vallæ sententia dicendum esset, tuum pectus, qui es homo simplex; præter genitiuos in regula uerbi interest, numeratos.

Vtimur genitiuis mei, tui, sui, nostri, & uestri, post substantiua affectionis animi, facultatis, aut generalis partis corporis: ut uix fero desideriū tui: cum mihi potestas præsentis tui fuerit: nullam partem mei amisit, idest, non manum, non pedem, &c. ita, quicquid tui, &c. Vbi animaduertendum est, hos genitiuos ferè semper passiuè capi: sicut deriuatiua meus, tuus, &c. actiuè: ut desiderium tui, idest, quo desideraris, & desiderium tuum, idest, quo desideras. Idem etiam dices de alijs genitiuis: ut prouidentia principis, actiuè, idest, qua prouidet: & timor principis, passiuè

idest,

idest, quo timetur. Item dicimus habete, curam ueſtri, & non ueſtrum: at nemo ueſtrum, & non ueſtri: & ſic cum partitiuis, ſuperlatiuis, & numeralibus.

Poſt uerba, participia, gerundia, & nomina adiectiua, quæ uolunt genitiuum, ponemus mei, tui, ſui, noſtri, & ueſtri: Excipe intereſt, refert, & eſt, cum quibus dicimus, mea, tua, ſua, &c. ut ſuo loco dictum eſt.

Pronomine reciproco, ſui, ſibi, ſe, utimur, quando tertia perſona tranſit in ſe ipſam, & pronomen refertur ad ſuppoſitum; ut Cæſar amat ſe, recordatur ſui, indulget ſibi, loquitur ſecum. Idem etiam, quando additur alterum uerbum: ut Marcellus te precatur, ut miſerearis ſui, ignoſcas ſibi, ne ſe hoſtem exiſtimes; ut ſecum loquaris. Cic. pro Roſc. nunc ſibi ex animo ſcrupulum, qui ſe dies, noctésque ſtimulat, ac pungit, ut euellatis poſtulat. Idem ad Att. qui etiam à me petierit, ut ſecum, & apud ſe eſſem quotidie. Quamuis, quãdo adſunt duo uerba, poſſimus indifferenter dicere, Omnes optant, quod ſibi, uel eis utile eſt: rogat te, ut ſui, uel eius miſerearis; ut ſuus, uel eius filius apud te tenet: omnes boni, quantum in ſe, uel in ipſis fuit, Cæſarem occiderunt. Item grammaticorum eſt, uel grammaticis licet inter ſe, uel inter ipſos certare, cum caſibns obliquis. cum rectis autem, uel æquiualentibus, dicimus tantum, inter ſe: ut grãmatici ſemper inter ſe diſſentiunt, & uidi grammaticos inter ſe diſſentire, non inter ipſos.

Reciproco uero ſuus utimur, uel quando fit tranſi-

tus à tertia persona possessoris in rem possessam: ut Petrus amat suos filios, recordatur suæ matris, obedit patri suo, & est sua sorte contentus; Vel quando fit transitus à re possessa in ipsum possessorem: ut Petrum amant sui filij: indulsit illi suus pater, ulciscentur illum mores sui.

Quoties autem pronomen suus refertur ad appositum, dicimus eius, & eorum, vel earum: vt opto virtutem propter præstantiam eius, & non suam. Itẽ honoras consules, & eorum dignitatem: cepit leenas, & catulos earum: adhæret musis, & earum pręsidi: sed si dicatur, Petrus amat Paulum, & fratres suos, intellige Petri: si fratres eius. i. Pauli. Quando verò dicimus cum duabus tertijs personis, Petrus rogat Paulum, vt se, suaque curet; sensus iudicio potius, quã vi verborum percipietur: licet sæpe vitetur amphibologia genitiuo, eius, vel eorũ, quãdo refertur ad remotiorẽ: vt Petrus rogat Paulum, vt eius misereatur, id est, Petri, &c.

Præterea si appositum coniunctum fuerit tam cum infinito, & participio, quam etiam cum aliquo nomine adiectiuo, vtemur reciproco: vt vidi Platonem legere, vel legentem suos libros, & hilarẽ in suo gymnasio. Item, quando appositum erit aliquod pronomen relatiuum; vt ille, ipse, iste hic, & is; satius erit vti reciproco; vt inueni eum ante suam domum, illum vidi in ædibus suis, &c.

Demum quando, suus, est substãtiuum, aut pro proprio, aut pro domesticis; in plurali tamen; errari ferè non potest: vt de hoc dixi suo loco, & ordine, hæc referam suo tempore: reperi eum cum suis, vel inter suos, &c.

DE PRÆPOSITIONVM Conſtructione.



Ræpoſitiones aut cum alijs partibus componuntur, aut præponuntur caſibus: & hoc poſteriori modo regunt poſt ſe accuſatiuum, vel ablatiuum, vel vtrunque.

Accuſatiuo ſeruiunt, Ad, apud, ante, uerſus, aduerſus, uel aduerſum, cis, citra, circum, circa, circiter, contra, erga, extra, inter, intra, infra, iuxta, propter, ob, ponè, per, prope, ſecundum, poſt, trans, ultra, præter, ſupra, uſque, ſecus, penes; Ex quibus uerſus poſtponitur: uſque, & penes, præponuntur, & poſtponuntur.

Ablatiuo ſeruiunt, à, ab abs, cum, coram, clam, de, e, ex, pro, præ palam, procul, abſque, tenus: Ex quibus, cum, poſtponitur his pronominibus, me, te, ſe, nobis, uobis, quo, qua, qui, & quibus, ut mecū, uobiſcum, quibuſcum, &c. Et ſic, tenus, ſed in ſingulari cum ablatiuo, & in plurali plerunq; cum genitiuo, vt oretenus, & crurum tenus.

Seruiunt vtrique, in, ſub, ſuper, & ſubter, ideſt, cum uerbo quietis, ablatiuo; & cum verbo motus, accuſatiuo: ut exemplis patet in conſtructione communi. Sed, in, pro erga, contra, & per, vult accuſatiuum: ut pius in Deos, crudelis in ſuos, fert piſces in cenam, commodauit mihi librum in menſem. Sub, pro paulò ante, vel circiter, vult item accuſatiuum: vt ſub lucem, ſub galli cantum. Super, & ſubter plerunque accuſatiuo ſeruiunt, ſeu motus, ſiue quies ſignificetur.

tur.

tur. Super pro, de, exigit ablatiuum: ut super Hectore multa rogat. Sed pro, inter, ultra, & præter, habebit accusatiuum: ut super cenam occisus est, erant super mille, & super cetera scelera.

Hæc sex præpositiones reperiuntur tantum in compositione, di, dis, re, se, an, con. Et animaduertendum est, verba, quæ à præpositionibus componuntur, quandoque recipere casum præpositionis, & quandoque repetere ipsam præpositionem: ut adeo te, vel ad te. Tandem præpositiones sine casibus transeunt in aduerbia.

DE ADVERBIORVM Constructione.



Duerbia determinant verbi actionem, uel nominis significationem, ut adiectiua determinant substantiua: ut rectè scribit, & est valde doctus, &c.

Aduerbia, en, & ecce, regunt nominatiuum, vel accusatiuum: vt en noua turba, ecce miserum hominem.

Satis, abundè, aflatim, parum, paululum, pauxillum, instar, partim, & ergo, pro causa, regunt genitiuum: vt satis pecuniæ, diuitiarum aflatim, illius ergo: & ponuntur loco nominatiui, vel accusatiui, ut nomina, tantum, plus, &c.

Aduerbia superlatiua, & quædam localia regunt genitiuum: ut maxime omnium, vbi locorum? & sic vbinam, vbique, vbicumque, vbiuis, quouis, quoquo, nusquam, & longè terrarum, vel gentiũ.

Item

Item dicitur eò consuetudinis, huc malorum ventum est, interea loci, tunc temporis. Sed pridie, & postridie possunt habere etiam accusatiuum; vt pridie eius diei, postridie ludos, &c.

Datiuum regunt ista, conuenienter, congruenter, & obuiam, quia retinent constructionem suorum primitiuorum.

Accusatiuum plerunque habent propius, & proximè: vt idque propius fidem est: quam proximè Italiam est. licet habeant quandoque datiuũ: vt propior, & proximus nomina. & quandoque etiam ablatiuum cum, a, uel, ab; ut stellæ aliæ propius a terris mouentur, aliæ remotius: abhinc, cum uerbis præteriti temporis iungitur accusatiuo, uel ablatiuo: ut abhinc tres uel tribus annis.

Ablatiuum uolunt aduerbia comparatiua: ut lacryma nil citius arescit. De Aduerbijs localibus dictum est suo loco.

Vt pro, postquam, & quemadmodum, iungitur indicatiuo: alias semper subiunctiuo.

Indicatiuo, vel subiunctiuo iunguntur, Cum, quando, quotiescumque, antequam, næ, & priusquã.

Nè, prohibens, iungitur subiunctiuo; ut caue, ne facias; & quandoque etiam imperatiuo, ut ne crede, &c.

Iunguntur positiuis, per, perquam, sanè, ualde, multum, &c. Excipè, quam, pro quantum, cum solo uerbo possum: vt quampotui maximis itineribus. Et dicitur id difficilius est, quam ut facias. quam pro, valde, iungitur superlatiuis absolutè positis.

Tam, & quam cum positiuis sæpe, cum superlatiuis rarò, cum comparatiuis rarissimè.
Aduerbia in, um, iunguntur positiuo: in, o, comparatiuo, & interdum superlatiuo.


DE INTERIECTIONIS Constructione.

NOminatiuo, accusatiuo, & etiam vocatiuo, uolunt, ò, heu, proh, & ah.
Datiuo iunguntur hei, væ, & interdum, heu.

DE CONIVNCTIONIS Constructione.

COniunctiones, quòd ad regimen, casuum pertinet, carēt constructione. De reliquo autem sciendum est, copulatiuas, & disiunctiuas ad idem uerbum relatas, copulare similes casus: ut uiri, & ciuis: nisi aliud impediat: ut Romæ, & Venetijs.
Etsi, tametsi, & quamquam in principio periodi, iunguntur indicatiuo: alibi, etiam subiunctiuo: sed etiamsi, quamuis, & licet, & ut, pro quamuis, subiunctiuo semper.
Ne causalis, subiunctiuo iungitur: ut metuo ne intus sit. ita etiam, vt ne, si, ni, nisi, quia, & quòd, pro quia, iunguntur indicatiuo, uel subiunctiuo Et hoc hactenus.

REGVLÆ COGNOSCENDI genera nominum.


Enera substantiuorum nominum tribus generatim modis cognoscuntur, idest, significatione, terminatione, & auctoritate.

Quod ad significationem pertinet, Nomina virorum, officiorum virilium, deorum, fluuiorum, mensium, ventorum, & montium, sunt generis masculini: vt Petrus, Turca, Aedilis, Apollo, padus, Ianuarius, boreas, Helicon.

Nomina mulierum, officiorum muliebrium, dearum, arborum, Insularum, prouinciarum, & vrbium, sunt generis fœminini: vt Helena, obstetrix, Venus, prunus, Samo, Aegyptus, Neapolis, &c.

Nomina fructuum, litterarum, & cuiuslibet partis materialiter sumptæ more logico, sunt generis neutri: vt prunum, hoc a, b, &c. & illud vale.

Nomina, quæ ad marem, fœminamque pertinere possunt, sub eadem terminatione, sunt generis communis: vt hic & hæc coniux, parens, celebs, custos, sacerdos, uates, antistes, interpres, hospes, sospes, adolescens, iuuenis, cliens, ciuis, testis, bos, sus, dama, ales, grus, serpens, anguis, &c. Quibus addi possunt, quæ appellantur generis incerti; vt hic uel hæc dies, finis, calx, margo, cortex, pumex, silex, barbitus, & pampinus: quæ

quæ adiectiuo distinguuntur, ut dies longus, vel dies longa.

Substantiua verò duarum terminationum, in altera sunt generis masculini, in altera fœminini: vt Tullius, Tullia, socer, socrus, lupus, lupa, victor, victrix, rex, regina, &c.

Nomina Adiectiua, & numeralia: vt bonus na num; & duo, tres, quatuor, &c. sunt generis omnis: & cognoscuntur, vt in concordantijs dictum fuit.

Nomina auium, piscium, & ferarum, sunt generis promiscui: quia sub vno articulo, hic, aut, hæc, continentur animalia vtriusque sexus: ut hic lepus, hæc aquila: Et in his sexus distinguitur hoc modò lepus fœmina, aquila masculus, &c. Excipe, quæ separatim declinantur: vt gallus, gallina, vrsus, vrsa, ut supra: Item quæ sunt generis incerti, ut turtur, grus, bubo, halcyonis, camelus, & bubalus.

Terminatione cognoscuntur: quia Masculina desinunt in o, an, en, in, er, ir, or, os, et, us, Fœminina in a, as, es, is, aus, & in, s, post consonantes, vt ars, frons; Item in, x, &, io. Neutra in, e, i, u, c, l, m, n, ar, ut, & in, t. Quæ omnes supradictæ regulæ cum multis exceptionibus intelligi debent.

Auctoritate cognoscuntur ex adiectiuo, quod cum substantiuo iunctum legetur.

GENERA, ET TERminationes Nominatiui singularis,

In qualibet declinatione.

PRima declinatio habet solum, a, latinam; as, e, es, græcas; &, am, barbaram terminationem: Continetque genus masculinum, fœmininum, & commune: vt hic poeta hæc musa, hic & hæc aduena, Aeneas, Penelope, Nerine, grammatice, Anchises, Priamides, & Adam.

Secunda habet quinque terminationes, er, ir, ur, us, & um: & tria genera, Masculinum, Fœmininum, & Neutrum: vt hic magister, vir, satur, hæc corylus, & hoc templum. item tres græcas, eus, diphthongum, on, &, os: vt Orpheus, Ilion, logos.

Tertia habet omnia genera, & quinquaginta sex terminationes: ut poema, cubile, sinapi, moly, homo, lac, Dauid, tribunal, mel, pugil, sol, consul, titan, siren, delphin, simon, calcar, crater, cor, martyr, ebur, pallas, pes, rudis, Aeneis, bos, laus, glans, dens, frons, ars, Aruns, iners, concors, tyburs, puls, hyems, arabs, plebs, chalybs, scrobs, daps, auceps, stips, inops, caput, fax, rex, nix, nox, nux, falx, lanx, lynx, quincunx, atx. Quibus adde quædam indeclinabilia: ut tot, Neptet, tantundem, nequam, &c.

Quarta

Quarta habet duas tantum terminationes, us, et, u, Et tria genera, Masculinum, Fœmininum, & Neutrum: vt hic fructus, hæc manus, hoc genu.

Quinta habet vnicam terminationem in, es, & tria genera, Masculinum, Fœmininum, & incertum: vt Meridies, species, dies.

De Heteroclitis.

Hic sciendũ est, esse quædã nomina variè declinata; & idcirco dicuntur, Heteroclita; quæ tribus omnino modis contingunt. Primò, quando variatur, uel genus, vel numerus, vel casus, uel declinatio: vt balneum, balneæ, arum: senecta, & senectus: dialectica, cæ, & dialectica, dialecticorum: epulum, & epulæ: iugerum, ri, iugera, iugerum: vas vasis, & vasa orum: euentus, tus, euenta euentorum, & similia. Secundo, quando aliquid deest: vt superi, induciæ, arma, Athenæ, quæ habent solum pluralem; Item nomina propria hominum, deorum, locorum, planetarum, & fluminum: vt Cicero, Penelope, Iuppiter, Roma, sol, tyberis; quæ habent solum singularem, ni transeant in appellatiua. Item defectiua per casus: vt spontis, sponte: fors, forte: specus tantum; repetundarum, & repetundis. Tertio, quando abundat: vt cratera, & crater: baculus, & baculum: menda, & mendum: materia, & materies: contagium, & contagio: domus, vs, vel, mi: requies, etis, vel, ei: penus oris, & penus, ni: poema, tis, & poematum, ti: procliuus a um; & procliuis, ue.

DE SPECIEBVS OCTO partium orationis.



Xplicatis initio nominis, verbique attributis, quæ quidẽ tironi faciliora, ac prorsus necessaria videbantur: nunc reliqua persequi operæpretium erit. Sciendũ est igitur, voces aut esse primæ impositionis, & a nullis deriuatas; aut ab aliis aliqua ratione deductas. Illæ speciei primitiuæ: hæ verò deriuatæ dicuntur.

Nomen autem deriuatiuum est quadruplex, nominale, verbale, participiale, & aduerbiale; prout a nomine, verbo, participio, aduerbioue deducitur.

Deriuatiui nominalis sex sunt genera, possessiuum, comparatiuum, superlatiuum, denominatiuum, diminutiuum, & gentile, vt sunt sequentia, & similia, cũ sequentibus terminationibus, videlicet, possessiuum, ut Herculeus, Pythagoreus, regius, pompeianus, circensis, & floralis.

Comparatiuum, ut doctior, & doctius.

Superlatiuum, vt doctissimus, nigerrimus, facillimus, extremus, extimus, proximus.

Denominatiuum: vt ceruical, clientela, lupanar, bouile, acetabulum, susurro, dulcedo, ferrugo, iustitia, pomarium, doctrina, portitor, pietas, rosetum, ferreus, Cæsarius, montanus, cedrinus, pratensis, vinolentus, herbidus, furtiuus, annuus, furialis, virilis, familiaris, odorus, vinosus, binarius, censorius, hordeaceus, latericius, vena-

ticus,

ticus, legitimus, terrenus, tunicatus, saluber, cã-pestris, terrestris, cælestis, modestus.

Diminutiuũ: vt canicula, agellus, lapillus, vrceolus, regulus, equuleus, poetaster, homuncio, paucul⁹, misellus, pauxillus, argutulus, filiolus, paruulus.

Gentile: ut Priamides, spartiata, Ilias, Aeneis, Nerine, gallicus, Romanus, Argiuus, Sulmonensis, Arpinas.

Verbale: ut scriba, querela, aduena, natura, parsimonia, sedile, legio, lectio, libido, prurigo, flumen, tintinnabulum, oraculum, uelabrum, lauacrum, aratrum, calcar, dolor, doctor, visus, documentum, solatium, genitrix, innubus a um, timidus, docilis, surreptitius, fugitiuus, bibulus, moribundus, edax.

Participiale: vt reuerendus, doctus, appetens, fugitans, præsens, præditus, fretus, prægnans, tunicatus, loricatus, pileatus, &c. vt dictũ est alibi.

Aduerbiale in, us, tantum: vt crastinus, hesternus, serotinus, diutinus, &c.

Verborum species deriuatiuæ sunt sex: Meditatiua, inchoatiua, frequentatiua, desideratiua, diminutiua, & imitatiua.

Meditatiua, ut calesco, delitesco, frigesco, hisco, adipiscor, & alia multa à verbis in, eo. Item a nominibus, repuerasco, senesco, crudesco, sterilesco, siluesco, lapidesco, idest, lapis fio, &c.

Inchoatiua: vt viso, idest, visum eo, lacesso, facesso, accerso, leuasso, capesso, &c. quæ sunt tertię coniugationis, vt meditatiua.

Frequentatiua: ut merso, idest, frequenter mergo, volito, minitor, nato, fugito, agito, curso, sector, am-

amplexor, sciscitor, lectito, scriptito, fluito, noscito, esito, vnctito, ito, ventito, dictito, victito, rogito, emptito, vendito, dormito, loquitor, &c. quæ sunt primæ coniugationis, & retinent constructionem primitiui.

Desideratiua: vt esurio, cenaturio, lecturio, dormiturio, &c. quæ sunt neutra, quartæ coniugationis, & seruant constructionem sui verbi.

Diminutiua, vt sorbillo, vacillo, scintillo, &c. quæ sunt primæ coniugationis, & sequuntur constructionem sui verbi.

Imitatiua: vt patrisso, carizo, cretizo, græcisso, atticisso, philosophor, vulpinor; Quibus aliqui addunt apparitiua: vt albico, fodico, vellico. Et hæ sex species erunt etiã participij, cũ à verbo nascatur.

Quòd autem spectat ad pronomen, speciei primitiuæ sunt ego, tu, sui, ille, ipse, iste, hic, is, & qui. Deriuatiuæ meus, tuus, suus, noster, vester, nostras, vestra, cuias, & idem.

Præpositiones aut deriuãtur a nominibus antiquis: ut citra, extra, asciter, & exter: aut a uerbis; vt sine a sino, aut ab aduerbijs: vt re, a retro: Aut a semetipsis: ut propter, a pro.

Aduerbia deriuantur a nomine: ut, rarò, doctè, fortiter, doctius, doctissimè, plurimùm, &c. aut a pronomine, ut illic, istic, illic, illuc, eò, quò, &c. Aut a verbis: ut ferè, ponè, statim: Aut a participijs, ut negligenter, properanter: Aut a præpositionibus, vt vltro, citrò, intrò, &c.

Interiectiones deriuant a nomine: vt malum, nefas.

Coniunctiones; fiunt a nomine, verbo, & pronomine: ut uerùm, licet, quòd.

DE FIGVRIS PARTIVM orationis.



Igura est duplex, simplex, idest, vnius tantum vocis, vt amo, lego, &c. & composita duarum, vel plurium: vt expugnabilis: inexpugnabilis. Vt autem scias, quomodo componantur, Notandum est, quòd

Nomina componuntur primum cum alijs nominibus: ut iusiurandum, pater familias, &c. Vbi scito, casus rectos declinari semper, obliquos, nunquam: & sic cum alijs partibus non variantur, nisi in fine. Cum pronomine, vt huiusmodi; cum verbis, vt armiger: cum participijs, vt senatus consultum: Cum aduerbijs, ut maledicus, satisfactio: Cum præpositionibus, vt impiger, perfidus. Cum coniunctionibus: vt vterque. Cum additionibus syllabicis: vt totidem.

Verbum componitur cum nomine: vt ædifico. Cũ alijs verbis, vt calefacio. Cum aduerbijs, vt maledico. Cum præpositionibus, vt antepono. Cum partecipijs, vt omnipotens.

Pronomen componitur cum nomine: vt eiusmodi, aliquis: cum semetipso, vt istic, quisquis. Cum verbo, vt quilibet. Cum coniunctionibus, ut quisque. Cum aduerbijs, vt ellus, eccus. Cum additionibus syllabicis; vt egomet, tute, huiusce, suapte.

Præpositio componitur cum alijs partibus vt supra & composita indeclinabiliter, plerumque transit in aduerbium: ut exaduersum, quoquouersus, cir-

circum, circa, absque.
Aduerbium componitur cum pronomine, vt interea. Cum verbo, vt vbiuis. Cum præpositione, vt perinde. Cum coniunctione, vt vbique.
Interiectio componitur cum aduerbio, vt ehodum.
Coniunctio, vt æque, neque, siue, tametsi, quoq;, &c.

DE PRÆTERITIS, atque supinis verborum.

PRima coniugatio facit præteritum, & supinum mutata, s, secundæ præsentis indicatiui in, ui, & tum: vt amas, amaui, amatum; ita aro, orno, & ferè omnia; præter sexdecim cum compositis: vt domo, as, domui, domitum, cubo, mico, neco, frico, plico, seco, sono, tono, crepo, veto, lauo, do, sto, præsto, & iuuo.
Secunda coniugatio mutat, es, secundæ personæ in, ui, bisyllabum; & facit supinum in itum: vt habes, habui, habitum: ita mereo, moneo, placeo, vereor, polliceor: præter sex, doceo, teneo, pateo, misceo, torreo, & censeo, quæ formant supinum contra regulam. Item, excipe neutra, vt sordeo, studeo, frigeo, &c. cum tribus actiuis, arceo, metuo, timeo; quæ carent supino: præter placeo, noceo, careo, pateo, terreo, valeo, oleo, doleo, pareo, lateo, & quandoque caleo, & iaceo. Excipe etiam verba in, beo, ceo, deo, geo, leo, neo, queo, reo, & ueo, quæ variant regulam: iubeo, luceo, sorbeo, ardeo, mulceo, rideo, pendeo, sedeo, spondeo, tondeo, video, mordeo, prandeo, algeo, au-

deo, gaudeo, indulgeo, fulgeo, mulgeo, augeo, vrgeo, turgeo, lugeo, fleo, tergeo; cum compositis a, leo, & pleo, aboleo, impleo, deleo, inoleo, exoleo, absoleo, adoleo, soleo, palleo; Neo, maneo, cum compositis immineo, emineo, permaneo; Torqueo, liqueo, hæreo, mæreo, caueo, faueo, aueo, uoueo, foueo, paueo, moueo, conniueo, flaueo, liueo. Et Nota, quòd omnia verba in, eo, sunt secūdæ coniugationis; præter beo, creo, screo, calceo, meo, laqueo, nauseo, & enucleo, cū compositis. Item eo, & queo, cum compositis sunt quartæ.

Tertia coniugatio cognosci potest ex varijs indicatiui terminationibus.

In, cio, habet xi, &, ctum, vt aspicio, cum alijs a specio, verbo antiquo; allicio, pellicio, elicio, illicio, a lacio, inusitato. Excipe facio, iacio, cum compositis.

In, io, habet, iui, & itum. p. p. vt cupio cupiui cupitum. Excipe capio, rapio, pario, quatio, concutio, meio, fodio, fugio.

In, bo, habet, bi, & tum, vt bibo, bibi, bibitū, deglubo, deglubi, deglubitū. At incumbo, bui, bitū: scribo, & nubo, psi, & ptū. Scabo, & lābo, carent sup.

In sco, mutat, sco, in, ui, &, tum; vt nosco, ignosco, quiesco, suesco, cresco, ascisco, pasco, agnosco, cum supinis irregularibus, pastum, & agnitum.

In, co, variat, vt dico, duco, ico, uinco, parco. &c.

In, do, mutat, do, in, di, & sum, vt mando, mandi, mansum, edo, scando, incendo, cudo: Itē rudo, & strido, sine supino. Excipe geminantia præteritū: vt cado, cædo, pendo, pedo, tendo, & do, cum suis com-

compositis, addo, credo, prodo, prçter abscondo.
Excipe etiam findo, fundo, scindo, quæ amittunt, n, in præteritis. Alia mutant, do, in si, & sum; ut ludo, diuido, rado, uado, lædo, allido, rodo, trudo, cedo, plaudo, & claudo.

In, go, &, guo, habet, xi, &, ctum, ut pergo, lingo, tingo, rego, pingo, fingo, stringo, ringo, pungo, extinguo. Hæc habet gi, &, ctũ, ago, tango, satago, pango, lego, cũ compositis, præter intelligo, negligo, diligo. Tria habent si, &, sum, vt spargo, mergo, & tergo. Duo habent, xi, &, xum, figo, & frigo.

In, ho, habet, xi, &, ctum, ut veho, & traho.

In, lo, habet ui bisyllabum &, tum, vt colo, consulo, molo; excipe pello, euello, fallo, psallo, tollo, sustuli, extollo, refello, sine supino, excello, habet excellui, excelsum.

In, mo, habet, ui, bisyllabum, &, itum, vt vomo, fremo, tremo. Habent autem, psi, & ptum, demo, promo, como, sumo; premo habet pressi, pressum, & emo, emi, emptum.

In, no, ut pono, posui, positum: gigno, genui, genitum: præcino, præcentum, cano, cantum. Item desino, sperno, sterno, cerno.

In, po, habet, psi, & ptum: ut repo, carpo, serpo, scalpo, insculpo; excipe rumpo, & strepo.

In, quo, vt coquo, coxi, coctum; linquo, liqui, sine supino, quod tamen habet in compositis, ut, relinquo, reliqui, relictum, &c.

In, ro, habet, ui, &, tum, vt tero, triui, sero, seui, per seminare, e piantare: inserui, disserui, in alijs significationibus. Excipe gero, uro, curro, uerro, fero, & furo, idest, insanio.

In,so,habet,ui,&,tum,ut lacesso,accerso, uel accersio,arcesso, facesso, capesso. uiso caret supino, & pinso,habet pinsui,pistum,uel pinsum.
In,to,habet xi,vel xui, & xum. vt plecto, necto, flecto,pecto; sed peto habet petiui, petitum. p. p. meto,messui,messum; sterto,stertui, sine supino, mitto,uerto, sisto; sisti, statum, actiuum per fermare, sisto,neutrum, accipit a sto,steti,statum.
In uo,dissyllabum,habet ui,& utum: vt arguo,nuo, statuo,ruo,sternuo; Excipe struo,struxi, structũ: fluo,fluxi,fluxum. Item congruo, ingruo, cluo, luo,respuo,sine supino.
In,uo;ut uiuo.uoluo,soluo,caluo.
In,xo,vt nexo,nexui,nexum; texo,texui,textum.
Quarta Coniugatio habet, iui, & itum, ut audio, seruio, &c. Et omnia verba quartæ desinunt in, io; præter eo,& queo, cum compositis: Sed væneo facit vænum: sepelio; sepultum: singultio,singultum. Item irregulariter formãt præteritum,& supinum,amicio,lancio,haurio, sepio, salio, sentio, raucio, fulcio, sarcio, farcio, aperio, comperio, & reperio.
Anomala,idest,irregularia,sunt sum, uolo, fero, & edo,cum compositis. Item multa sunt defectiua; ut aio, aduesperascit, apage, aue, ausim, cedo, quæso,odi,salue,inquam,&c.
Verba composita sequuntur suorum simpliciũ coniugationem: præterquam habentia præteritum geminatum,quæ amittunt primam syllabam; excipe tamen,præcurro,decurro,excurro,repungo; & composita a,sto,do,posco,& disco. Item. Verba quæ carent præterito, carebunt etiam supino.
In-

Inchoatiua à nomine carent præterito: à verbo autem mutuantur à primitiuis, ut alibi dictū est.
De supinis Præterea sex sunt regulæ generales.
Prima verba in, vi syllabā præteriti, mutāt, ui, in, tū.
Secunda in, ui, disyllabum mutant vi in, itum.
Tertia in, ci, gi, qui, xi, mutant huiusmodi syllabas in ctum.
Quarta in, mi, pi, psi. eas mutant in, ptum.
Quinta in, di, li, ri, si, ti, mutant easdem in, sum.
Sexta in, bor, exeunt in, sum, ut labor, lapsum.
Et has regulas intellige cū aliquibus exceptionib⁹.
Carent supino ex Actiuis, cerno, compesco, dispesco, respuo, lingo, sugo, refello, timeo, metuo, vrgeo, lambo, caluo, viso, posco, reposco, linquo, arceo, disco, & ambigo.
Ex Neutris autem, strideo, sterto, rudo, mico, æstuo, parco, psallo, dego, scabo, paueo, horreo, madeo, tremo, luo, glisco, furo, volo, luceo, fulgeo, calesco, feruesco, cum omnibus alijs inchoatiuis; & verbis etiam secundæ coniugationis, quæ habent præteritum in ui, duas syllabas: vt caleo, frigeo, &c. præter pauca supra posita in regulis secundæ coniugationis: vt noceo, placeo, &c.

PAVLI GNALDII TIFERNATIS ARS METRICA.



Cansio est legitima versus in singulos suos pedes distinctio.

Versus est oratio certo genere, numero, atque ordine pedum alligata.

Pes verò est pars versus certo syllabarum numero, atq; ordine definita.

Syllabarum alia breuis, & vnius temporis: alia longa, duorum: alia communis, modo vnius, modo duorum. Item aliæ primæ: aliæ vltimæ, ad quas monosyllaba rediguntur: aliæ mediæ inter vtrasque constitutæ, quotcunque sint illæ.

Et sicut ex varia pedum commistione oritur carminum varietas; ita ex diuersitate syllabarum fiunt diuersi pedes. Ex quibus alij sunt simplices, vt quatuor bisyllabi, & octo trisyllabi. Alij vero duplices ex simplicibus compositi, vt sexdecim quadrisyllabi. Plurium autem syllabarum sunt inusitati, præter Dochimum apud oratores, vt perhorrescerent, licet nonnulli numerent triginta duos Pentasyllabos, & sexaginta quatuor Hexa yllabos.

Hexametrum carmen constat sex pedibus, quorum quatuor primi sunt indifferenter communes dactilo, & spondeo: Quintus vero dactilus, sextus spondeus esto; & perraro ali. er.

Pentametrum autem constat quinque pedibus: duo primi sunt itidem dactilo, & spondeo communes: post quos sequitur syllaba longa finalis, vel monosyllaba quæ dicitur cæsura: Deinde semper sequuntur duo dactili cum alia syllaba longa, quatenus qualibet in fine versus produci potest; quæ cum cæsura Spondeum facit.

Dactilus constat tribus syllabis, prima longa, & reliquis duabus breuibus.

Spondeus verò continet duas syllabas longas.

In numerandis autem syllabis hæc notanda sunt.

I, &, V, in dictionum, ac syllabarum principio, sequente vocali cum qua syllabam faciant, consonantes sunt, vt Iuno, Venus, deiero, auis, &c. Excipitur, i, in proprijs nominibus græcis, vt Iacobus, Iesus, Ioannes Iulus. Quia iota in principio semper remanet vocalis.

I, inter duas vocales, vim suam retinentes, habet vim duplicis consonantis, vt troia, maior reieci. In his tamen compositis, bijugus, quadrijugus, inuenitur, simplex. In semianimus, semihomo, semiustus, & semiermis, i, eliditur.

V, post, q, semper liquescit, idest amittit uim literæ; quarè syllaba præcedens non producitur positione. At, V, post, g, &, s, modo liquescit, vt lingua suauis: quia facit syllabam cum vocali sequente; modo non, vt exiguus, suus.

Figuræ in scansione frequentiores.

SI dictio in vocalem, aut in, m, finierit; & sequens dictio incipiat à vocali: tunc per synalœpham, vocalem finis elidimus; & per ecthlipsim aufertur, m, cum sua vocali præcedente: vt multum ille & terris iactatus, & alto. Tamen aliquando non seruatur regula, & tunc

vocalis naturaliter longa in fine reperitur communis, quamuis esset diphthongus: at monosyllaba, ò, & heu, non eliduntur. Hæ figuræ interdum habent etiam locum in diuersis carminibus, si sequens incipiat à vocali: qui dicuntur versus hipermetri, quod superabundans syllaba elidatur.

Eodem modo antiqui auferebant, s, finale, & quandoque cum vocali etiam præcedente. Vt Catull. Tu dabis supplicium. Et Virg. Aut ouium fœtus, aut vrentes culta capellas: hoc tamen non est imitandum.

Synereſis est duarum vocalium naturaliter diuersarum in vnam longam contractio: vt hei, hui, huic, cui, cum compositis plerunque sunt monosyllabæ. Item dij, dijs, ij, ijs, ijdem, ijsdem, habent solum, i, longum. Quod sæpe etiam fit in genitiuis in duo, ij, desinentibus, vt Virgilij, Patauij. Item in dehinc, deinde, proinde, deest, deerat, præeo, prehendo, vehemens, deorsum, seorsum, & huiusmodi. Idem sæpe in genitiuis, datiuis, & accusatiuis à nominibus in eus græcis: vt Orphei, Nereo, Thesea. Quin etiam quandoque in possessiuis, & alijs; ut aurea, aerei, aeripedem, aluearia, eosdem, duodecies, luctuosus, Phaeton, eadem, & similibus. Sed in quoad, prout, & cooperio contrahuntur duæ in vnam breuem.

Diereſis, huic contraria, est vnius syllabæ, & quandoquæ diphthongi in duas diuisio, vt syluæ, persoluendus, Aeneas, gaudet.

Ectasis est, cum breuis producitur aut simpliciter, aut per geminationem eiusdem litteræ: aut cum, i, & , v, vocales in consonantes mutantur, vt prima in, Italia, repperit, abiete. Item relligio, tenuia, genua.

Systole cum longa corripitur, vt penultima in steterunt, fulgere.

De Primis, & medijs syllabis simul.

PRimæ, & mediæ syllabæ octo modis cognoscũtur. Positione, Diphthongo, Vocali ante alteram, Deriuatione, Præpositione, Accentu, Regula, & exemplo.

Positione, quando post vocalem sequuntur duæ consonantes, aut duplex; tum vocalis illa producitur: vt artes, annus, rexit, gaza, aio. Et hæc regula seruatur in omnibus, etiam finalibus, dummodo altera saltem consonantium sit in eadem dictione, vt at pius. Si vero dictio in vocalem breuem desineret, & sequens à duabus consonantibus, vel duplici inciperet, non diceretur produci positione vt Hor. fastidisse strabonem, & Virg. nemorosa zacinthos. Sed si prior duarum consonantium sit muta, & sequens liquida, & ambæ faciant syllabam cum vocali sequente; tũc vocalis præcedens, si naturaliter sit breuis, fiet communis in carmine; vt tenebræ, ciclops, tecmessa, cicnus: at in oratione soluta est perpetuo breuis. Si autem esset naturaliter longa, nunquã corriperetur, vt matris, simulacrum: Mutæ sunt, b, c, d, g, p, q, t, & etiam, f, ante liquidam in carmine: liquidæ sunt, l, r, m, n: at, m, n, raro liquescunt, idque in græcis. In abluo, abruo, altius, orbis: regula non habet locum: quia non sunt in eadem syllaba cum sequente vocali.

Diphthongo, tam græcis, quam latinis, vbiq; producitur syllaba; vt Aeneas, comædia, musæ, aula, teucri, parteis, harpyia: licet apud latinos sequente vocali possit corripi, vt sudibusue præustis, sed rarò.

Vo-

Vocalis ante vocalem in latinis corripitur, vt Deus. Excipitur primò, fio, solum quando abest, r, vt fiebam, fiam. Secundò genitiui, & datiui quintæ, quando, e, est inter duas vocales, vt diei, faciei: aliàs esset breuis, vt rei. Tertio vocatiui in, i, à nominatiuis in, ius, vt Cai, Pompei. Quartò genitiui in, ius, qui licet in soluta oratione habeant penultimam longam: tamen in carmine habent, i, commune; sicut etiam est prima in Noe, & aha, ohe, integris: præter alterius, vbi, i, est semper breue, & alius vbi est semper longum.

In gręcis autem permulta producuntur, vt aer, dius, eous, Iapetus, laertes, laocoon, stoicus, troas, troilus, zoilus. Proinde producitur ael in proprijs; aia, aon, aus, ea, eius, eus, ia, fœminina, ion, oius, ous, rius, & rous. Vt Michael, Achaia, Lycaon, Nicolaus, Medea, & Ilionea quandoque: præsertim quando græcorum vocales longæ, Η, Ω, & & diphthongi mutantur in latinas: At Zebedeus, Aeneis, Theseis, sunt communia. Postremo Idea, Andreas, philosophia, Maria, symphonia, etymologia, orthographia, & alia quamplurima; licet habeant penultimam breuem: multi tamen docti viri more græci accentus longam proferũt.

Deriuatione quanta est in primitiuo, tanta etiam in deriuatiuo reperitur, & contra. Vt, quia amo habet primã breuem; ita amabam, amicus: præsertim si post vocalem continuè maneant eædem consonantes, aut vocales primitiui; nec contineantur expresse in regulis specialibus, vt vena, vox, &c.

Sunt enim quædam deriuatiua longa à primitiuis breuibus,

bus, vt binus, ceritus, cunæ, denus, feralis, gradiuus, humanus, humor, iucundus, iugerum, iumentum, laterna, lex, mobilis, momentum, nomen, nonus, oculus, pedor, rapum, regula, remus, rex, fecius, seculum, sedes, serium, staturus, sumen, tegula, totus, trinus, vena, viginti, vires, vitupero, vomer, & vox. Item sunt quædam breuia à primitiuis longis, vt acer, aqua, arista, bubulcus, curulis, dicax, disertus, domus, dos, farina, fatuus, fides, fragor, lotium, lucerna, mamilla, manus, nato tas, noto tas, odium, ofella, quater, quaternus, siquidem, sapor, stabilis, titulus, vadum, vir, & alia si qua sunt apud poetas obseruanda.

Præpositio quanta est per se, tanta est in composito, ni sequatur vocalis. A, e, præ, se, de, di, longæ sunt, nisi in dirimo, & disertus. Præ ante vocalem variatur. Sed A, græca præpositio, vt adytum, ab, ad, in, ob, per, re, sub, ante, circum, & super corripiuntur; præter re in refert, idest, vtile est. In adijcio, proïjcio, reijcio, subijcio. Si primum, i, sit consonans, producitur præpositio, sin abijcitur, fit breuis. Pro, si sit latina, producitur, vt proficio.

Excipe procella, procus, profanus, profari, profectò, profestus, proficiscor, profiteor, profugio, profugo, profugus, profundus, pronepos, propago de homine, & proteruus. cum alijs huiusmodi, & ceteris, quæ veniunt à propè, & procul, aut si sint dictiones simplices, vt probo.

At pro, græca præpositio, idest, ante, corripitur, vt prologus, prophæta.

Variantur autem procuro, profundo, propello, propino:

no: Sed propagó vitis, verbum, & nomen, frequentius corripitur.

Accentu cognoſcuntur primæ propter compoſitionem; quia ſi prima ſimplicis dictionis, in compoſito fiat penultima, & habeat accentum acutum, vel circumflexum, eſt longa, vt præpono: alias eſt breuis, vt perlego. Et quanta reperitur in compoſito tanta eſt in ſimplici, pono, & lego: & econtrario: etiã ſi vocales mutentur, vt occido, a cædo penul. producta, & inimicus ab amic⁹ antepenul. correpta. Excipiuntur ſemiſopitus à ſopio, ambitus, comitium, cognitus, deiero, maledicus, & huiuſmodi compoſitionem retinentia. Solæ autẽ penultimæ, vel quæ incremento, & decremento poſſunt fieri penultimæ; cognoſcuntur accentu vt fa, & ſpi, cognoſcuntur in conficis, & aſpicis, non in facio, & aſpicio, licet in his habeant accentum: ratio eſt, quia ſi penultima eſt breuis, accentus in latinis ſemper tranſit in antepenultimam quantacunque ſit illa. Quæ habent vocalem natura longam producuntur, vt Idolum, Iacobus, matutinus, clandeſtinus, mediaſtinus. p. p. At crocinus, adamantinus, chriſtallinus, & quædam alia à nominibus materiarum, gemmarum, odorum, colorum, & vnguentorum; Item diutinus, ſerotinus. p. c. Greca tamen multa, etiam à viris doctis, græco accentu pronunciari ſolent quamuis habeant penultimam breuem: vt María, Idea, ſicut ſupra de vocali ante alteram dictum eſt. Cognoſcuntur etiam multæ mediæ ſyllabæ accentu ob rectam pronunciationem in decrementis: Vt in reuocaueramus quanta ſit, ue, cognoſcitur in re-

uoca-

uocauero: ca, in reuocaui: uo, in reuoco. In solicitudinibus: di, tu, & ci, monstrant sollicitudinis, sollicitudo, sollicitus. Præterea, e, i, y, &, o, in græcis tantum per omicron, in fine primæ partis compositi corripiuntur: vt nefas, liquefacio, bifidus, omnipotens, Polydorus, Timotheus, &c. *Excipiuntur nequis, nequa, nequod, nequam, nequitia, nequaquam, nequicquam, nequando, videlicet, veneficus. Idem masculini generis, ibidem, vbique, virile, bigæ, quadrigæ, biduum, triduum, siquis, siqua, siquod, scilicet, ilicet, tibicem, meliphyllon, trinacria, & composita ex dies, quotidie. Et quando, i, declinando mutatur, vt plerumque, quidam, quiuis, tantidem, vtrique. At vbicunque sæpius corripit, i Item Theophilus; & si qua græca per omega scribuntur, vt geometra.*

Regula: quia omnia præterita perfecta bisyllaba cum deriuatiuis, producunt primam: ut legi, legeram, legisse. Præter ista sex, bibi, dedi, fidi, scidi, steti, tuli, cum compositis, & quæ habent vocalem ante vocalem, vt fui, rui: abscidi tamen est anceps. Præterita verò, principium geminantia, primam, & secundam corripiunt, vt tetigi, didici: At in cecidi, pepedi, à cædo, & pedo. Itē quando positio impedit, vt popofci, pependi, corripitur sola prima. Aliorum præteritorum tanta est prima, quanta in præsenti: vt in docui breuis, sicut in doceo: præter coegi, genui, posui, & potui, prima breui, quæ in præsenti producitur. Omnia etiam supina bisyllaba producunt primam, vt lusum, notum: præter ista decem: citum à cieo, es: datum, itum, litum, ratum,

DE FIGVRIS PARTIVM orationis.



Igura est duplex, simplex, idest, vnius tantum vocis, vt amo, lego, &c. & composita duarum, vel plurium: vt expugnabilis: inexpugnabilis. Vt autem scias, quomodo componantur, Notandum est, quòd

Nomina componuntur primum cum alijs nominibus: ut iusiurandum, pater familias, &c. Vbi scito, casus rectos declinari semper, obliquos, nunquam: & sic cum alijs partibus non variantur, nisi in fine. Cum pronomine, vt huiusmodi; cum verbis, vt armiger: cum participijs, vt senatus consultum: Cum aduerbijs, ut maledicus, satisfactio: Cum præpositionibus, vt impiger, perfidus. Cum coniunctionibus: vt vterque. Cum additionibus syllabicis: vt totidem.

Verbum componitur cum nomine: vt ædifico. Cũ alijs verbis, vt calefacio. Cum aduerbijs, vt maledico. Cum præpositionibus, vt antepono. Cum partecipijs, vt omnipotens.

Pronomen componitur cum nomine: vt eiusmodi, aliquis: cum semetipso, vt istic, quisquis. Cum verbo, vt quilibet. Cum coniunctionibus, ut quisque. Cum aduerbijs, vt ellus, eccus. Cum additionibus syllabicis; vt egomet, tute, huiusce, suapte.

Præpositio componitur cum alijs partibus vt supra & composita indeclinabiliter, plerumque transit in aduerbium: ut exaduersum, quoquouersus, cir-

circum, circa, absque.
Aduerbium componitur cum pronomine, vt interea. Cum verbo, vt vbiuis. Cum præpositione, vt perinde. Cum coniunctione, vt vbique.
Interiectio componitur cum aduerbio, vt ehodum.
Coniuctio, vt æque, neque, siue, tametsi, quoq; , &c.

DE PRÆTERITIS, atque supinis verborum.

PRima coniugatio facit præteritum, & supinum mutata, s, secundæ præsentis indicatiui in, ui, & tum: vt amas, amaui, amatum; ita aro, orno, & ferè omnia; præter sexdecim cum compositis: vt domo, as, domui, domitum, cubo, mico, neco, frico, plico, seco, sono, tono, crepo, veto, lauo, do, sto, præsto, & iuuo.
Secunda coniugatio mutat, es, secundæ personæ in, ui, bisyllabum; & facit supinum in itum: vt habes, habui, habitum: ita mereo, moneo, placeo, vereor, polliceor: præter sex, doceo, teneo, pateo, misceo, torreo, & censeo, quæ formant supinum contra regulam. Item, excipe neutra, vt sordeo, studeo, frigeo, &c. cum tribus actiuis, arceo, metuo, timeo; quæ carent supino: præter placeo, noceo, careo, pateo, terreo, valeo, oleo, doleo, pareo, lateo, & quandoque caleo, & iaceo. Excipe etiam verba in, beo, ceo, deo, geo, leo, neo, queo, reo, & ueo, quæ variant regulam: iubeo, luceo, sorbeo, ardeo, mulceo, rideo, pendeo, sedeo, spondeo, tondeo, video, mordeo, prandeo, algeo, au-

deo, gaudeo, indulgeo, fulgeo, mulgeo, augeo, vrgeo, turgeo, lugeo, fleo, tergeo; cum compositis a, leo, & pleo, aboleo, impleo, deleo, inoleo, exoleo, absoleo, adoleo, soleo, palleo; Neo, maneo, cum compositis immineo, emineo, permaneo; Torqueo, liqueo, hæreo, mœreo, caueo, faueo, aueo, uoueo, foueo, paueo, moueo, conniueo, flaueo, liueo. Et Nota, quòd omnia verba in, eo, sunt secūdæ coniugationis; præter beo, creo, screo, calceo, meo, laqueo, nauseo, & enucleo, cū compositis. Item eo, & queo, cum compositis sunt quartæ.

Tertia coniugatio cognosci potest ex varijs indicatiui terminationibus.

In, cio, habet xi, &, ctum, vt aspicio, cum alijs a specio, verbo antiquo; allicio, pellicio, elicio, illicio, a lacio, inusitato. Excipe facio, iacio, cum compositis.

In, io, habet, iui, & itum: p. p. vt cupio cupiui cupitum. Excipe capio, rapio, pario, quatio, concutio, meio, fodio, fugio.

In, bo, habet, bi, & tum, vt bibo, bibi, bibitū, deglubo, deglubi, deglubitū. At incumbo, bui, bitū: scribo, & nubo, psi, & ptū. Scabo, & lābo, carent sup.

In sco, mutat, sco, in, ui, &, tum; vt nosco, ignosco, quiesco, suesco, cresco, ascisco, pasco, agnosco, cum supinis irregularibus, pastum, & agnitum.

In, co, variat, vt dico, duco, ico, uinco, parco. &c.

In, do, mutat, do, in, di, & sum, ut mando, mandi, mansum, edo, scando, incendo, cudo: Itē rudo, & strido, sine supino. Excipe geminantia præteritū: vt cado, cædo, pendo, pedo, tendo, & do, cum suis

com-

compositis, addo, credo, prodo, prȩter abscondo.
Excipe etiam findo, fundo, scindo, quæ amittunt, n, in præteritis. Alia mutant, do, in si, & sum, ut ludo, diuido, rado, uado, lædo, allido, rodo, trudo, cedo, plaudo, & claudo.
In, go, &, guo, habet, xi, &, ctum, ut pergo, lingo, tingo, rego, pingo, fingo, stringo, ringo, pungo, extinguo. Hæc habet gi, &, ctũ, ago, tango, satago, pango, lego, cũ compositis, præter intelligo, negligo, diligo. Tria habent si, &, sum, vt spargo, mergo, & tergo. Duo habent, xi, &, xum, figo, & frigo.
In, ho, habet, xi, &, ctum, ut veho, & traho.
In, lo, habet ui bisyllabum &, tum, vt colo, consulo, molo; excipe pello, euello, fallo, psallo, tollo, sustuli, extollo, refello, sine supino, excello, habet excellui, excelsum.
In, mo, habet, ui, bisyllabum, &, itum, vt vomo, fremo, tremo. Habent autem, psi, & ptum, demo, promo, como, sumo; premo habet pressi, pressum, & emo, emi, emptum.
In, no, ut pono, posui, positum: gigno, genui, genitum: præcino: præcentum, cano, cantum. Item desino, sperno, sterno, cerno.
In, po, habet, psi, & ptum: ut repo, carpo, serpo, scalpo, insculpo; excipe rumpo, & strepo.
In, quo, vt coquo, coxi, coctum; linquo, liqui, sine supino, quod tamen habet in compositis, ut, relinquo, reliqui, relictum, &c.
In, ro, habet, ui, &, tum, vt tero, triui, sero, seui, per seminare, e piantare: inserui, disserui, in alijs significationibus. Excipe gero, uro, curro, uerro, fero, & furo, idest, insanio.

In,so,habet,ui,&,tum,ut lacesso,accerso,uel accersio,arcesso, facesso, capesso. uiso caret supino, & pinso,habet pinsui,pistum,uel pinsum.

In,to,habet xi,vel xui,& xum. vt plecto, necto, flecto,pecto; sed peto habet petiui, petitum. p. p. meto,messui,messum; sterto,stertui, sine supino, mitto,uerto, sisto; sisti, statum, actiuum per fermare, sisto,neutrum, accipit a sto,steti,statum.

In uo,dissyllabum,habet ui,& utum: vt arguo,nuo, statuo,ruo,sternuo; Excipe struo,struxi, structũ: fluo,fluxi,fluxum. Item congruo, ingruo, cluo, luo,respuo,sine supino.

In,uo;ut uiuo. uoluo,soluo,caluo.

In,xo,vt nexo,nexui,nexum: texo,texui,textum.

Quarta Coniugatio habet, iui, & itum, ut audio, seruio, &c. Et omnia verba quartæ desinunt in, io; præter eo,& queo, cum compositis: Sed væneo facit vænum:sepelio,sepultum:singultio,singultum.Item irregulariter formãt præteritum,& supinum,amicio,lancio,haurio, sepio, salio, sentio, raucio,fulcio,sarcio, farcio, aperio, comperio, & reperio.

Anomala,idest,irregularia,sunt sum, uolo, fero, & edo,cum compositis. Item multa sunt defectiua; ut aio, aduesperascit, apage, aue, ausim, cedo, quæso,odi,salue,inquam,&c.

Verba composita sequuntur suorum simpliciũ coniugationem: præterquam habentia præteritum geminatum,quæ amittunt primam syllabam; excipe tamen,præcurro,decurro,excurro,repungo; & composita a,sto,do,posco,& disco. Item. Verba quæ carent præterito, carebunt etiam supino.

Inchoatiua à nomine carent præterito: à verbo autem mutuantur à primitiuis, ut alibi dictũ est.

De Supinis Præterea sex sunt regulæ generales.

Prima verba in, vi syllabã præteriti, mutãt, ui, in, tũ.

Secunda in, ui, disyllabum mutant vi in, itum.

Tertia in, ci, gi, qui, xi, mutant huiusmodi syllabas in ctum.

Quarta in, mi, pi, psi. eas mutant in, ptum.

Quinta in, di, li, ri, si, ti, mutant easdem in, sum.

Sexta in, bor, exeunt in, sum, ut labor, lapsum.

Et has regulas intellige cũ aliquibus exceptionib⁹.

Carent supino ex Actiuis, cerno, compesco, dispesco, respuo, lingo, sugo, refello, timeo, metuo, vrgeo, lambo, caluo, viso, posco, reposco, linquo, arceo, disco, & ambigo.

Ex Neutris autem, strideo, sterto, rudo, mico, ęstuo, parco, psallo, dego, scabo, paueo, horreo, madeo, tremo, luo, glisco, furo, volo, luceo, fulgeo, calesco, feruesco, cum omnibus alijs inchoatiuis; & verbis etiam secundæ coniugationis, quæ habent præteritum in ui, duas syllabas: vt caleo, frigeo, &c. præter pauca supra posita in regulis secundæ coniugationis: vt noceo, placeo, &c.

PAVLI GNALDII TIFERNATIS ARS METRICA.



SCansio est legitima versus in singulos suos pedes distinctio.

Versus est oratio certo genere, numero, atque ordine pedum alligata.

Pes verò est pars versus certo syllabarum numero, atq; ordine definita.

Syllabarum alia breuis, & vnius temporis: alia longa, duorum: alia commnnis, modo vnius, modo duorum. Item aliæ primæ: aliæ vltimæ; ad quas monosyllaba rediguntur: aliæ mediæ inter vtrasque constitutæ, quotcunque sint illæ.

Et sicut ex varia pedum commistione oritur carminum varietas; ita ex diuersitate syllabarum fiunt diuersi pedes. Ex quibus alij sunt simplices, vt quatuor bisyllabi, & octo trisyllabi. Alij vero duplices ex simplicibus compositi, vt sexdecim quadrisyllabi. Plurium autem syllabarum sunt inusitati, præter Dochimum apud oratores, vt perhorrescerent, licet nonnulli numerent triginta duos Pentasyllabos, & sexaginta quatuor Hexa yllabos.

Hexametrum carmen constat sex pedibus, quorum quatuor primi sunt indifferenter communes dactilo, & spondeo: Quintus vero dactilus, sextus spondeus esto; & perraro ali:er.

Pentametrum autem constat quinque pedibus: duo primi sunt itidem dactilo, & spondeo communes: post quos sequitur syllaba longa finalis, vel monosyllaba quæ dicitur cæsura: Deinde semper sequuntur duo dactili cum alia syllaba longa, quatenus qualibet in fine versus produci potest; quæ cum cæsura Spondeum facit.

Dactilus constat tribus syllabis, prima longa, & reliquis duabus breuibus.

Spondeus verò continet duas syllabas longas.

In numerandis autem syllabis hæc notanda sunt.

I, &, V, in dictionum, ac syllabarum principio, sequente vocali cum qua syllabam faciant, consonantes sunt, vt Iuno, Venus, deiero, auis, &c. Excipitur, i, in proprijs nominibus græcis, vt Iacobus, Iesus, Ioannes Iulus Quia iota in principio semper remanet vocalis.

I, inter duas vocales, vim suam retinentes, habet vim duplicis consonantis, vt troia, maior reieci. In his tamen compositis, bijugus, quadrijugus, inuenitur, simplex. In semianimus, semihomo, semiustus, & semiermis, i, eliditur.

V, post, q, semper liquescit, idest amittit uim literæ; quarè syllaba præcedens non producitur positione. At, V, post, g, &, s, modo liquescit, vt lingua suauis: quia facit syllabam cum vocali sequente; modo non, vt exiguus, suus.

Figuræ in scansione frequentiores.

S*I dictio in vocalem, aut in, m, finierit; & sequens dictio incipiat à vocali: tunc per synalœpham, vocalem finis elidimus; & per ecthlipsim aufertur, m, cum sua vocali præcedente: vt multum ille & terris iactatus, & alto. Tamen aliquando non seruatur regula, & tunc*

vocalis naturaliter longa in fine reperitur communis, quamuis esset diphthongus: at monosyllaba, ò, & heu, non eliduntur. Hæ figuræ interdum habent etiam locum in diuersis carminibus, si sequens incipiat à vocali: qui dicuntur versus hipermetri, quod superabundans syllaba elidatur.

Eodem modo antiqui auferebant, s, finale, & quandoque cum vocali etiam præcedente. Vt Catull. Tu dabis supplicium. Et Virg. Aut ouium fœtus, aut vrentes culta capellas: hoc tamen non est imitandum.

Synæresis est duarum vocalium naturaliter diuersarum in vnam longam contractio: vt hei, hui, huic, cui, cum compositis plerunque sunt monosyllabæ. Item dij, dijs, ij, ijs, ijdem, ijsdem, habent solum, i, longum. Quod sæpe etiam fit in genitiuis in duo, ij, desinentibus, vt Virgilij, Patauij. Item in dehinc, deinde, proinde, deest, deerat, præeo, prehendo, vehemens, deorsum, seorsum, & huiusmodi. Idem sæpe in genitiuis, datiuis, & accusatiuis à nominibus in eus græcis: vt Orphei, Nereo, Thesea. Quin etiam quandoque in possessiuis, & alijs; ut aurea, aerei, aeripedem, aluearia, eosdem, duodecies, luctuosus, Phaeton, eadem, & similibus. Sed in quoad, prout, & cooperio contrahuntur duæ in vnam breuem.

Dieresis, huic contraria, est vnius syllabæ, & quandoquæ diphthongi in duas diuisio, vt syluæ, persoluendus, Aeneas, gaudet.

Ectasis est, cum breuis producitur aut simpliciter, aut per geminationem eiusdem litteræ: aut cum, i, & , v, vocales in consonantes mutantur, vt primæ in, Italia, repperit, abiete. Item relligio, tenuia, genua.

Systole cum longa corripitur, vt penultima in steterunt, fulgere.

De

De Primis, & medijs syllabis simul.

PRimæ, & mediæ syllabæ octo modis cognoscũtur. Positione, Diphthongo, Vocali ante alteram, Deriuatione, Præpositione, Accentu, Regula, & exemplo.

Positione, quando post vocalem sequuntur duæ consonantes, aut duplex; tum vocalis illa producitur: vt artes, annus, rexit, gaza, aio. Et hæc regula seruatur in omnibus, etiam finalibus, dummodo altera saltem consonantium sit in eadem dictione, vt at pius. Si vero dictio in vocalem breuem desineret, & sequens à duabus consonantibus, vel duplici inciperet, non diceretur produci positione vt Hor. fastidisse strabonem, & Virg. nemorosa zacinthos. Sed si prior duarum consonantium sit muta, & sequens liquida, & ambæ faciant syllabam cum vocali sequente; tũc vocalis præcedens, si naturaliter sit breuis, fiet communis in carmine; vt tenebræ, ciclops, tecmessa, cicnus: at in oratione soluta est perpetuo breuis. Si autem esset naturaliter longa, nunquã corriperetur, vt matris, simulacrum: Mutæ sunt, b,c,d,g,p,q,t, & etiam, f, ante liquidam in carmine: liquidæ sunt, l,r,m, n: at, m,n, raro liquescunt, idque in græcis. In abluo, abruo, altius, orbis: regula non habet locum: quia non sunt in eadem syllaba cum sequente vocali.

Diphthongo, tam græcis, quam latinis, vbiq; producitur syllaba; vt Aeneas, comædia, musæ, aula, teucri, parteis, harpyia: licet apud latinos sequente vocali possit corripi, vt sudibusue præustis, sed rarò.

Vocalis ante vocalem in latinis corripitur, vt Deus. Excipitur primò, fio, solum quando abest, r, vt fiebam, fiam. Secundò genitiui, & datiui quintæ, quando, e, est inter duas vocales, vt diei, faciei: aliàs esset breuis, vt rei. Tertio vocatiui in, i, à nominatiuis in, ius, vt Cai, Pompei. Quartò genitiui in, ius, qui licet in soluta oratione habeant penultimam longam: tamen in carmine habent, i, commune; sicut etiam est prima in Noe, & aha, ohe, integris: præter alterius, vbi, i, est semper breue, & alius vbi est semper longum.

In grecis autem permulta producuntur, vt aer, dius, eous, Iapetus, laertes, laocoon, stoicus, troas, troilus, zoilus. Proinde producitur ael in proprijs; aia, aon, aus, ea, eius, eus, ia, fœminina, ion, oius, ous, rius, & rous. Vt Michael, Achaia, Lycaon, Nicolaus, Medea, & Ilionea quandoque: præsertim quando græcorum vocales longæ, H, Ω, & & diphthongi mutantur in latinas: At Zebedeus, Aeneis, Theseis, sunt communia. Postremo Idea, Andreas, philosophia, Maria, symphonia, etymologia, orthographia, & alia quamplurima; licet habeant penultimam breuem: multi tamen docti viri more græci accentus longam proferũt.

Deriuatione quanta est in primitiuo, tanta etiam in deriuatiuo reperitur, & contra. Vt, quia amo habet primã breuem; ita amabam, amicus: præsertim si post vocalem continuè maneant eædem consonantes, aut vocales primitiui; nec contineantur expresse in regulis specialibus, vt veña, vox, &c.

Sunt enim quædam deriuatiua longa à primitiuis breuibus,

bus, vt binus, ceritus, cunæ, denus, feralis, gradiuus, humanus, humor, iucundus, iugerum, iumentum, laterna, lex, mobilis, momentum, nomen, nonus, oculus, pedor, rapum, regula, remus, rex, secius, seculum, sedes, serium, staturus, sumen, tegula, totus, trinus, vena, viginti, vires, vitupero, vomer, & vox. Item sunt quædam breuia à primitiuis longis, vt acer, aqua, arista, bubulcus, curulis, dicax, disertus, domus, dos, farina, fatuus, fides, fragor, lotium, lucerna, mamilla, manus, nato tas, noto tas, odium, ofella, quater, quaternus, siquidem, sapor, stabilis, titulus, vadum, vir, & alia si qua sunt apud poetas obseruanda.

Præpositio quanta est per se, tanta est in composito, ni sequatur vocalis. A, e, præ, se, de, di, longæ sunt, nisi in dirimo, & disertus. Præ ante vocalem variatur. Sed A, græca præpositio, vt adytum, ab, ad, in, ob, per, re, sub, ante, circum, & super corripiuntur; præter re in refert, idest, vtile est. In adijcio, proijcio, reijcio, subijcio. Si primum, i, sit consonans, producitur præpositio, sin abijcitur, fit breuis. Pro, si sit latina, producitur, vt proficio.

Excipe procella, procus, profanus, profari, profectò, profestus, proficiscor, profiteor, profugio, profugo, profugus, profundus, pronepos, propago de homine, & proteruus. cum alijs huiusmodi, & ceteris, quæ veniunt à propè, & procul, aut si sint dictiones simplices, vt probo.

At pro, græca præpositio, idest, ante, corripitur, vt prologus, prophæta.

Variantur autem procuro, profundo, propello, propino:

uocauero: ea, in reuocaui: uo, in reuoco. In solicitudinibus: di, tu, & ci, monstrant sollicitudinis, sollicitudo, sollicitus. Præterea, e, i, y, &, o, in græcis tantum per omicron, in fine primæ partis compositi corripiuntur: vt nefas, liquefacio, bifidus, omnipotens, Polydorus, Timotheus, &c. *Excipiuntur nequis, nequa, nequod, nequam, nequitia, nequaquam, nequicquam, nequando, videlicet, veneficus. Idem masculini generis, ibidem, vbique, virile, bigæ, quadrigæ, biduum, triduum, siquis, siqua, siquod, scilicet, ilicet, tibicen, meliphyllon, trinacria, & composita ex dies, quotidie. Et quando, i, declinando mutatur, vt plerumque, quidam, quiuis, tantidem, vtrique. At vbicunque sæpius corripit, i Item Theophilus, & si qua græca per omega scribuntur, vt geometra.*

Regula: quia omnia præterita perfecta bisyllaba cum deriuatiuis, producunt primam: ut legi, legeram, legisse. Præter ista sex, bibi, dedi, fidi, scidi, steti, tuli, cum compositis, & quæ habent vocalem ante vocalem, vt fui, rui: abscidi tamen est anceps. Præterita verò, principium geminantia, primam, & secundam corripiunt, vt tetigi, didici: At in cecidi, pepedi, à cædo, & pedo. Itē quando positio impedit, vt poposci, pependi, corripitur sola prima. Aliorum præteritorum tanta est prima, quanta in præsenti: vt in docui breuis, sicut in doceo: præter coegi, genui, posui, & potui, prima breui, quæ in præsenti producitur. Omnia etiam supina bisyllaba producunt primam, vt lusum, notum: præter ista decem. citum à cieo, es: datum, itum, litum, ra-

tum,

tum, ſatum, ſitum, ſtatum, & futum olim à ſuo, vnde futurus prima breui, cum horum deriuatiuis, præter ſtaturus, & ambitus. Supina poliſyllaba in, vtum, habent penultimam longam, vt ſolutum, indutum. At ſupinum, non dictum ſupra, mutans, ui, ſyllabam in, tum, producit penultimam, vt amatum, petitum, auditum: præter cognitum. Et quoties vocalis ante, vi, &, tū, non mutatur, ſeruant quantitatem etiam in deriuatiuis; vt dormitum, dormito: p. p. alias non item vt rogatum, rogito, p. c. Supina in itum à præteritis ex, ui, per, u, vocalem, habent penultimam breuem, ut monui, monitum. Nomina ex ſupinis mutata, tum, in, crum, retinent accentum, vt ſimulacrum, aratrum, pollubrum, delubrum, candelabrum, inuolucrum p.p. Incremento etiam multæ ſyllabæ cognoſci poſſunt.

Incrementum autem in nomine, & verbo eſt vocalis finalis nominatiui, & ſecundæ perſonæ præſentis indicatiui actiuæ vocis, veræ, vel fictæ, quando ſuperantur vna, vel pluribus ſyllabis à genitiuo, alijſque caſibus, & ab alijs perſonis. Ac ſi ſuperantur tantum vna, dicitur primum crementum; ſi pluribus dicitur medium, vel ſecundum, tertium, &c. vſque ad vltimam quæ non dicitur crementum. vt doctor, doctoris, doctoribus; amatis, amabamus, amaueramus, audiebamini, &c.

A, in nominum crementis primæ declinationis, vbique producitur, vt albæ, muſarum, filiabus & ſimilia. In ſecunda autem, e, i, &, u, corripiuntur; vt miſeri, orphei, viri, ſaturi: præter, iber, iberi, vel iberis, & celtiberi p.p. Præterea in cremēto pluralis numeri cu-

inſuis

iuſuis declinationis, A, e, o, ſunt longa: at, i, & u, breues: vt quarum, rerum, quorum: quibus, tribus, lacubus, &c. Sed in crementis numeri ſingularis tertiæ, A, &, o, producuntur: at, e, i, u, corripiuntur; vt titan, calcar, ſol, candor; p. p. gregis, ordinis, ducis. p.c. aliquibus exceptis: Ex quibus frequentiora recenſebo; alia leges apud alios. A, excipitur in mas maris, anas, par, cum compoſitis, hepar, nectar, bacchar, lar, iubar; & maſculina in al, & ar, vt ſal, Amilcar. Item græca in a, & as, vt poema, pallas: & quæ conſonantem habent ante, s, vt Arabs, Aetiops: quibus adde fax, dropax, abax, corax, &c. In, o, excipe græca, quæ indifferenter exeunt in, on & in, o, per omicron, vt Agamemnon, vel Agamemno, Amazon, Iaſon, Palemon, Philemon, ſindon, & alia multa. Quæ verò per omega ſcribuntur ſunt longa, vt Simon, Sidon, Solon. Excipe item genitiuum in oris à græcis, & latinis neutris, vt Neſtoris, temporis: quibus adde memor, arbor, lepus, Cappadox, præcox. In, e, excipe genitiuos in ebis, ecis, edis, egis, enis, epis, eris, etis: vt plebs veruex, hæres, lex, ſiren, ſeps, ver, locuples, Ren, hæres, merces, quies, halec, rex, alex. Item peregrina in elis, vt Michaelis: græca in, eris, &, etis, vt crater, tapes, præter aer, & æther. Excipe, I, in inis, vel ynis à græcis, vt Salamis, Phocyn. Item gliris, ſamnitis, quiritis; & nomina in ix, vel yx, vt felix, bombyx. p. p. Corripiuntur tamen filix, hiſtrix, fornix, coxendix, cilix, chænix, calix, nix, pix, ſalix, & quæ faciunt genitiuum in gis, vt maſtix. Excipe, V, in vdis, vris, & vtis: vt palus, tellus, virtus, furis: Item frugis, lux, Pollux. p. p. Et quantacunque eſt penultima genitiui ſingularis, tanta eſt ſequentium caſuum in numero etiam

vtro-

vtroque, vt lucis, luces: præter bobus, p. p. à bouis p. c. & hoc est maximè notandum.

In omnibus verborum crementis, A, e, & o, producuntur, vt stabam, amabamini: legerunt, doceremini; facitote: præter, a, in primo cremento verbi do, das corripitur etiam, e, ante, ram, rim, ro, beris, bere: & ante, r, in quouis præsenti, & imperfecto tertiæ, vt crederem, legerem, legereris: tamen in reris, & rere producitur, e. Demum I, & V, in omni verborum incremento corripiuntur. Excipe primum crementum quartæ, vt ibam, ite: & penultimam omnis præteriti in vi, vt petiui, & præsentis quartæ in imus, vt venimus: quæ in præteritis corripitur, vt venimus. Hæc præterea habent, i, longum, nolite nolito, nolimus, nolitis, velimus, velitis, simus, sitis, cum suis compositis. De penultima autem in rimus, & ritis tam præteriti, quam futuri subiunctiui, adhuc gramatici, & veteres, & recentiores certant: In carmine tamen reperitur variata; In oratione verò soluta consuetudini regionis inseruiendum est: & à plerisque doctis audiui breuem proferri.

Exemplo quando ad alicuius probati scriptoris carmen confugimus: vt ignorata prima in vale, cognoscitur ex Virgilio. Et longum formose vale, vale inquit Iola. Quò nihil est præsentius ad pangendos versus, & nôscendas syllabas? Quare multa memoriæ tradenda sunt Carmina.

De vltimis syllabis.

VLtima syllaba cognoscitur tribus modis: diphthongo, & positione, ut de superioribus dictum est. Regula, seu priuatis præceptionibus.

Quia

Quia terminata in, A, producuntur, vt Da, ama, antea. Corripe eià, ità, quià, putà, aduerbia. Item casus omnes in, a, præter ablatiuū, & vocatiuum à græcis in as: vt à musa, ò Aenea, ò Palla. Variantur autem vltrà, frustrà, contrà, & numeralia in, ginta, licet rectius producantur.

In B, D, M, T, corripiuntur; vt ab, ad, domum, caput: nisi adsit positio, diphthongus, aut syncopa, vt, At regina: haud, aut, & obit pro obiuit.

In, C, producuntur, præter nec, & donec. Variantur autem, hic pronomen, lac, & fac.

E, in fine corripitur, vt docere, Achate, Achille, cū similibus, si sint vocatiui, & ablatiui tertiæ, at, si primæ non item. Excipiuntur enim primò omnes casus primæ, & quintæ declinationis in, e, quomodocunque desinentes; vt rhetorice, Achate, musæ; re, diè, & composita quare, hodie: quibus adde pluraria tantum, vt tempe, cete. Ex his variantur tabe, & fame, quia olim erant quintæ, secundo monosyllaba: vt me, te, se, de: præter encliticas, que, pro &; ue, pro vel; ne, pro an: & præter syllabicas adiectiones, ce, te, pte; vt hasce, tute, suopte: tertiò secunda persona singuris præsentis imperatiui secundæ declinationis, vocis tantum actiuæ, vt doce, vale: quamuis aliquando reperiatur breuis: quia olim varba secundæ in, eo, poterant esse etiam tertiæ amota littera, e, vt valeo, valo. Quartò Aduerbia cuiuslibet gradus comparationis, formata à datiuis secundæ, mutata, o, in e, vt docte, doctissime, præter male, & bene. Producuntur etiam ferè, fermè, ohe. Cetera omnia corripiuntur, vt facilè, suauè.

In, I, producuntur, vt classi, sequi. Excipe vocatiuos græcos tertiæ in, i, vt Alexi, Amarylli. Item datiuos gręcos à nominibus in dos per omicron, vt Palladi, Phyllidi, rectius corripies; quibus adde, cui, bisyllabum, nisi, & quasi. Variantur mihi, tibi, sibi, ibi, vbi, & indeclinabile in, i, vt gummi, sinapi.

In, G, H, P, si qua sunt, producuntur, vt Vesperug, volup, vah, Ioseph.

In, l, sunt breuia, vt Asdrubal, simul. Produc, sal, sol, nil, & hebræa, vt Michael, Nabal, Saul, Baal.

In, N, producuntur, vt nō, titan. Item accusatiuus græcus nominum in, as, es, e; vt Aenean, Anchisen, Calliopen; & omnis genitiuus pluralis græcus, vt epigrammaton, quia est per ω, &, on, tertiæ vt Corydon, Agamemnon. Corripe, on, secundæ apud nos, vt Ilion, Pelion. Item, en, cuius genitiuus est inis, vt pecten, crimen. Item omnes accusatiuos in, n, à nominatiuis vltimam breuem habentibus. Vt Aeginan, Maian, itin, thetin, scorpion. Corripe demum, an, & in, cum compositis, dein, exin, proin, subin, forsan, forsitan, tamen, attamen. Et quæ apocopen habent, vt viden, egon, satin.

In, O, ambigua sunt omnia, vt lego, legendo, exceptis sequentibus. Produc tantum monosyllaba & datiuos, ablatiuosque secundæ vt, do, domino. Item nominatiuos, & vocatiuos à nominibus græcis, quorum genitiuus exit, in, vs, vt Dido, Clio, Alecto: quibus adde genitiuos, & vocatiuos itidem græcos à nominibus in os, vt Androgeo: quia ista omnia habent, ω, item adeo,

ideo, & aduerbia à nominibus orta, ut tanto certo; Ex his tamen variantur, serò, sedulo, cito, crebrò, primò, profectò, mutuò, & vero. Corripiuntur autem tantum, cedo, pro dic, duo, citò, ego, illicò, & modo cum compositis.

In, R, corripiuntur, vt fer, turtur: præter cur, far, fur, iber, lar, Nar, ver, & par cum compositis: & græca quæ habent genitiuum in eris, vt aer, æther: præsertim quæ habent penultimam longã, vt crater, character. At cor, & par cum compositis reperiuntur ambigua.

In, As, producuntur, vt Aeneas, fas. Corripe græca, quæ habent genitiuum adis, vel ados, ut Pallas, Arcas. Item accusatiuos tertiæ nominũ græcorum, vt delphinas, heroas.

In, Es, sunt longa, vt ames, toties. Corripe inquies nomen, penes, græca generis tantum neutri, vt hippomanes, &, es, à sum, cum compositis. Item græca tertiæ in nominatiuo, & vocatiuo pluralibus, quæ crescunt in genitiuo singulari, vt Dæmones, delphines. Corripe etiam nominatiuos tertiæ, qui habent penultimam correptam genitiui crescentis, vt miles. Ex his tamen excipe, Aries, abies, ceres, paries, & pes cum Compositis.

In, is, vel, ys, corripiuntur; vt ais, itys. Excipe omnes casus plurales, vt nobis, uiris: item glis, vis, nomen, & verbum, velis, sis, cum compositis, vt quamuis, nolis, adsis: & secundas personas singulares quartæ, vt nescis, audis: producuntur item quæ habent genitiuum crescentem in, inis, entis, itis, p. p. vt salamis, simois, samnis.

In, Os, producuntur, vt flos, dominos. Et græca, quæ attice faciunt genitiuũ in omega, vt Athos, Androgeos. At corripe quæ habent omicron, tam in quolibet genitiuo, vt Pallados, quam in nominatiuo secundæ apud nos, vt samos, Delos: quibus adde neutra, Chaos, melos, Argos. item os, ossis, compos, impos.

In, Vs, corripiuntur, vt litus, sensibus. Excipe monosyllaba, vt mus, rus, plus. Et quæ crescunt in obliquis. p. p. vt salus, tellus, palus. Item omnes casus quartæ, præter nominatiuum, & vocatiuum singulares: nominatiuus tamen, cuius vocatiuus facit in v; producitur, vt Iesus, Panthus. Produc etiam græca, habentia genitiuum in vntis, vt opus, opuntis; & quæ ex πούς ποδὸς, vt tripus, melampus: & genitiuos in us à fœmininis, in, o, Clius, mantus, à Clio, & Manto.

In V, &, X, producuntur: vt visu, vix.

In, Y, corripiuntur, vt moly.

F I N I S.



PEDES VARII:

Bisyllabi quatuor.

Pirrichius. u u
Spondeus. - -
Iambus. u -
Trocheus. - u

Trisyllabi octo.

Tribracus. u u u
Moloſſus. - - -
Anapestus. u u -
Dactilus. - u u
Bacchius. u - -
Palimbachius. - - u
Amphibracus. u - u
Amphimacrus. - u -

Quadrisyllabi. 16.

Proceleuſmaticus. u u u u
Diſpondeus. - - - -
Ionicus minor. u u - -
Ionicus maior. - - u u
Diambus. u - u -
Ditrocheus. - u - u
Antipastus. u - - u
Coriambus. - u u -
Epitritus 1. u - - -
Epitritus 2. - u - -
Epitritus 3. - - u -
Epitritus 4. - - - u
Pæan 1. - u u u
Pæan 2. u - u u
Pæan 3. u u   u
Pæan 4. u u u -

